Anno Domini MCCCVII, ind. V, die XV exeunte februario, presentibus dominis Odorlico et Matthia fratribus de Glemona et aliis ibidem nominatis, cum Michael filius quondam Trufule de Montenars reatus seu culpatus fuisset interfecisse Michaelem Decanum de Montenars, ipse Michael filius Trufule coram discreto viro D. Rodaldo Capitaneo Glemone comparuit cum una spata in manibus veniens ad presenciam Johannis filii predicti Michaelis Decani dicens tollite gladium sive spatam et in persona mea facite quicquid magis placet vobis. Qui vero Johannes cum proprior quam ceteris fratres accepit dictum gladium sive spatam et dixit ego volo quod habeas vitam et personam pro Deo et anima quondam patris mei et iuravit Michael ad sancta dei evangelia plenarie obedire mandatis dicti Johannis in omnibus quicquid eidem preceptum fuerit per Nicolaum notarium et Jacobum Sofantina de Glemona. Qui vero Nicolaus et Jacobus de comuni voluntate incontinenti preceperunt et dixerunt in mandatis eidem Michaeli, quod ipse Michael hinc ad octo dies proxime venturos per totam diem ire debeat extra Terram Forijulii scilicet ultra quam Liventie, Lutincii, Poltayba et Montem Crucis et non venire ab ipsa parte ditorum confinium usque voluntate dicti Nicolai et Jacobi de eorum comuni voluntate. Et si ipse Michael contra predicta in aliquo predictorum non attenderit aut contravenerit

ex nunc prout ex tunc contentus fuit coram predicto D. Rodaldo Capitaneo et testibus predictis tamquam homo convictus sententia in iudicio de morte Michaelis Decani predicti et quod culpabilis erat de morte ipsius ~~Dum~~ Swikh Johannes et Jacobus aut alii eorum amici, si non atten derit predictis, ipsum Michaelem offenderint in persona aut alio quocumque modo, contentus fuit per se quod ipsum Johannem, et Jacobum et eorum amicos non debeat aliqualiter molestare neque conqueri supra ipsos coram D. Patriarcha et coram quocumque dominio et rectore et si dictus Michael aut sui amici aliquam querimoniam fecissent supradictos Johannem et Jacobum, quod non teneantur in aliquo eidem respondere, nec aliquis Dominus seu Rector de ipsis non debeant aliquod ius tenere, nec eis facere rationem aliquam.

Actum Glemone.

Ex notis Hermanni notarii (1).

(1) Da copia corretta presso il Ranofitone.

LIBRERIA
FRATELLI J.

403

31

37

32

403

[illegible]

Vescovo di Cittanova

Giudizio civile in Gorizia.

1320. 14 9bre. Nella villa di Gorizia sotto il boorlario innanzi alla Chiesa di S. Ellaro — presenti i Cavri Peregrino di Cellano Jogone di Ungrisinpach, Enrico e Francesco di Ungrisinpach, Lippo Rodilpo q.m Officiali di Comitiz etc. —

Avanti Ulrico officiale per il Co. di Gorizia coi suoi giudici sedenti al garitto, D. Canciano vescovo Emoniense dall'una parte e dall'altra Daniele di Gorizia che aveva occupate alcune vigne del d.o Ves.o ingiustamente e quindi venivagli intimato di cessare dalla occupazione. Viene sentenziato a favore di Daniele, al che il Ves.o appella al Patr. di Aquileja Pagano.

Stef. di Cividale notajo originale

32

[illegible]

LIBRERIA
FRATELLI

403

FRATELLI

403

1322, 16 aprile. Gemona sotto le forche presso l'ospitale.
Ritrattazione d'un ladro

54

... Gemona ...

A. D. MCCCXXII, ind. V, die veneris XV exeunte aprili;

presentibus dominis Henrico filio q. Varini Soclan, presbitero, Nicolao sacerdote dicto Pozo filio q. Johannis textoris, ... et ... sacerdotibus, filiis q. Conti Vigelis de Glemona, Johanne q. Bincluni notarii, Bertramino Brugni capitaneo Glemone, Nicolao Bochapillose de Glemona et aliis.

Jacobus filius Ferme de Glemona ens sub forchis apud Ospitale Collium Glemone interrogatus a D. ... sacerdote predicto in presencia dicti D. Bertramini capitanei et predictorum testium de dicenda veritate ... illos homines et alios ... quos et quas cui ... erat esse culpabiles de canipis fractis et de denariis et aliis rebus acceptis furtive de ipsis tam de canipa Marcuci sartoris de Glemona quam de aliis canipis et aliis malis factis alio modo et modo quocumque etc, dixit quod per mortem quam faciebat quod aliquis non erat culpabilis de hiis quos ... erat et dixerat, inter quos accusatos vocavit esse inculpabiles Palumbinum de Gorto, Nicolaum dictum Chori filium Radulfi, Pilliritchis fratrem ... dictum Gisilinum, Verzonapius qui erat captus, Gaium filium q. Pirotti, ... filium q. Zermasii, Gabis barberium filium q. Pirotti ... Jacobum dictum Pollecium.

... Gemone ... furchas Hospitalis.

LIBRERIA
FRATELLI JOR

403

35

35

LIBRERIA
FRATELLI

36

403

1323. 21 Febbrajo. Villalta. Interrogatorio di un imputato d'omicidio e lettura della sua deposizione.

1323. 10 Marzo. Villalta. Esame di testimonj sul detto omicidio, ove della credenza che alla presenza dell'uccisore sgorghi dalle ferite del morto, esca sangue

36

Anno domini MCCCXXIII. ind. VI. die VIII exeunte Februario. In Villalta supra domum d. Johannis dicti loci, presentibus Zanino filio Federici de Frata de Villalta, Nicolao filio Reinardi calcifici de Austria Civitate, Estore filio Carlucii de Villalta, Venerio de Wruspergo canepario infrascripti d. Johannis testibus et aliis.

Wera filius Johannis Mignas de villa Coloredi interogatus per d. Franciscum filium suprascripti d. Johannis quod sibi diceret veritatem si sciret quis fuit ille qui interfecit Jacobum Mis quondam qui morabatur in villa Coloredi predicti. Qui Wera supradictus dixit dicto d. Francisco: domine occurrat michi quidquid occurrere potest de morte Jacobi, ego dicam vobis veritatem ea que scio, dico quod Picola de Coloredo massarius patris vestri venit ad domum meam in Coloredo et ego cenabam quia veneram de Utino cum predicto Jacobo in societate et ego faciebam et dictus Picola dixit michi, o Wera curre quia maximus rumor est in platea prope domum patris tui, quia se interficiunt inter se et cum dictus Wera audivisset a Bertola tala dixit, dixit quod surrexit de cena et currit ad rumorem et cum ivisset ibi pater suus predictus venit et currit versus eum et sibi dixit: o filie adiuva me quia volunt me interficere et dictus Wera prospexit patrem suum predictum qui habebat zingulum cum cultelo feride (sic) in manu sua et ipse Wera, ut dixit, ivit prope predictum suum patrem et de manu predicti sui patris accepit cultelum evaginatum sui patris predicti et currit supra predictum Jacobum Mis et cum cultelo predicti sui patris percussit predictum Jacobum in pectore taliter quod eum interfecit et aliud dixit se nescire de morte Jacobi predicti, si Deus ipsum adiuvaret

Item dicta die, in Villalta prope cimeteram predicti d. Johannis, presentibus dominis Odorlico et Hendriguero de Villalta et testibus supra nominatis et pluribus aliis.

Cum d. Franciscus supradictus coram ipso Vera et presentibus testibus legere me Pantaleonem fecisset manifestum et dictum superius notatum et scriptum, lecto supradicto scripto predictus d. Franciscus interogavit predictum Veram si factum mortis Jacobi predicti erat sicut coram ipso lectum erat vel aliter, quod diceret. Qui Vera respondit et dixit: Domine per mortem per quam mori debeo, ita fuit sicut vobis dixi et ne lectum est hic et aliud vobis amplius dicere.

In supradicto millesimo, die x intrante Marcio, in domo Comunis de Villalta, presentibus dominis Odolrico de Villalta, Lodovico de Cavorgaco, Nicolao de Brafaco inferiori.

Vid uxor q Jacobi dicti Nij de Colvredo rogata et diligenter examinata per me Pantaleonem coram domino Odorlico de Villalta, Lodovico de Cavorgaco et Nicolao de Brafaco inferiori, iurata dixit quod ipsa ente in Colvredo prope predictum Jacobum prope domum Johannis Nigray do dicta villa, venit Vera filius predicti Johannis cum cultelo feride evaginati et per super eam percussit dictum Jacobum cum dicto cultelo in pectore taliter quod non potuit stare in pedibus et cecidit in terram et quem cecidisset in terram venit dictus Vera et posuit super dictum Jacobum et incepit plorare et cum surrexit de super dictum Jacobum, venit presbiter cum corpore Christi; Jacobus predictus erat mortuus. In crastina die quando habebant dictum Jacobum in Ecclesia, venit dictus Vera supra corpus Jacobi qui erat in vasi (1) et incontinenti sanguis incepit exire de corpore Jacobi sicut si illa hora percussus fuisset et tantum quantum Vera stetit in Ecclesia, tamen sanguis non cessavit exire de corpore predicti Jacobi et exivit dum presbiter fuit sub terram et hec vidi et omnes qui erant in Ecclesia ut dicunt.

(1) Sulla bara

Item Ningarda de Coloredo uxor Bertulissi de dicta villa, rogata et interogata per supradictos
homines ad dicendum veritatem quid sciebat de morte Jacobi dicti Nisi quondam et si sciret
qui eum interfecit, dato sibi sacramento per me Pantaleonem ut diceret in tali negotio, jura-
vit ad sancta dei evangelia, quod ipsa ante in Coloredo prope dictum Jacobum prope domum
Johannis Nignay de dicta villa venit Wera filius dicti Johannis et cum cultelo feride currit supra
dictum Jacobum non habentibus inimicum aliqua verba et cum cultelo percussit dictum Jacobum
in pectore taliter quod Jacobus non potuit ire nisi parum et cecidit, et dixit ve michi ego sum
mortuus et Wera illa hora venit et posuit se super dictum Jacobum et cum se posuisset
super Jacobum sanguis incepit difundere per vulnus et per oream dicti Jacobi et cum Presbiter
venit cum Corpore Christi, Jacobus predictus erat mortuus. Item in die craftina quod Jacobus
predictus fuit mortuus et quando corpus suus erat in Ecclesia et officium fiebat, sicut ipse
Wera ibi venit, sanguis incepit difundere de corpore Jacobi sicut si fuisset illa hora per-
cussus et non cessavit exire dum positum fuit sub terram et hoc viderunt omnes qui erant
in Ecclesia.

Item Rogerardus decani d. Johannis suo sacramento dicit de predicto se nichil scire quia non erat
in villa.

Item Dominicus Witimar de Coloredo rogatus et interogatus per supradictos dominos ad dicendum
veritatem et tacendum mendacium quid sciret de morte Jacobi predicti et si sciret quis eum inter-
fecit, dato sibi sacramento per me Pantaleonem diligenter ut decet in tali caso, cum ad sancta
dei evangelia dixit quod sui vicini veniebant per viam ante domum suam et ipse Dominicus
audiit quis et qualis rumor est in platea et ipsi dixerunt sibi, faciunt prelium in platea et ipse
Dominicus ibi cucurrit et invenit Jacobum predictum mortuum prope tibeum; prope mortuum
erant uxor et soror dicti Jacobi et plorabant et ipse audiit a predictis, quid est hoc et quis
hoc fecit et dicte mulieres dixerunt Wera et Johannes Nignay sui patrui interfecerunt Jacobum

et ipse eis respondit, hoc est malum. Item dixit quod in crastina die quando corpus Jacobi erat in Eclesia, venit dictus Wera super waras in quibus erat corpus Jacobi et incontinenti sanguis incepit exire de corpore Jacobi sicut si illa hora percussus fuisset et mater dicti Jacobi se retrospexit et incepit dicere dicto Were: Fuge, mentitor, noli stare et ipse noluit recedere abinde et sanguis non cessavit currere dum Wera ibi stetit.

Item Macutus massarius supradicti d. Lodoici interogatus ut supra et cetera, ad sancta dei evangelia iuratus dixit, quod quando rumor fuit inter Johannem Mignas et Jacobum quondam predictum, erat ibi in platea et ipse Macutus currit ibi et cepit predictum Jacobum et incepit ipsum conducere versus domum sui Jacobi, et uxor et soror dicti Jacobi veniebant et ipse Macutus dixit. conducatis ipsum domum quia ego volo ire et conducere Johannem in domo et dimisit ipsum Jacobum in manibus predictarum mulierum et ~~venit retro ad plateam~~ currit ad Johannem ~~et quando ipse Macutus~~ predictum et eum conduxit domum et ille Jacobus recessit de manibus dictarum mulierum et venit retro ad plateam et quando ipse Macutus reversus fuit retro ad plateam, invenit Jacobum mortuum et prope ipsum erant uxor et soror dicti Jacobi et ipse peciit quid est, et mulieres dixerunt: Wera nobis ipsum interfecit in nostris manibus et aliud nesciebat.

Item Bartulussus filius Dominici Witimar de Coloredo rogatus et interogatus per supradictos dominos diligenter ad dicendum veritatem et tacendum mendacium quid sciret de morte Jacobi predicti et si sciret quis eum interfecit, dato sibi sacramento per me Pantaleonem diligenter ut decet in tali casu, ad sancta dei evangelia iuravit et dixit, quod ibi fuit in platea de villa Coloredi et vidit quod Wera filius q. Johannis Mignas de dicta villa cum cultelo evaginato currit supra Jacobum q. dictum Nis et ipsum cum cultelo percussit in schena hoc est in pectore et vidit quando Wera extraxit cultelum de pectore Jacobi quod cultelus erat sanguinentus et ipse Wera incepit tergere cultelum de sanguine et scit quod de dicto

vulnere quod Wera sibi fecit, Jacobus predictus est mortuus et interfectus fuit per predictum Weram. Item dixit quod in craftina die quod Jacobus predictus fuit interfectus, corpus Jacobi erat in Ecclesia supra vanay et ipse Birtulissius cum alijs vicinis erat in Ecclesia et vidit incontinenti quod Wera venit in Ecclesia, sanguis incepit exire de corpore Jacobi dicti tam per vulnus quam per orem sicut si illa hora percussus fuisset et vulneratus et non cessavit exire sanguis per orem et per vulnus dum Wera ibi stetit et corpus postea fuit sub terram.

Item Johannes Laurenti de dicta villa Coloredi interrogatus ut supra etc. venavit ad sanctas dei evangelios, quando Jacobus fuit mortuus, erat ad domum suam in lecto et de rumore nichil audivit et nichil audivit nec quando campane pulsabantur, ipse de lecto surrexit et ibi vidit ubi corpus Jacobi erat et quod nec pro certo nec ex auditum dicebat quis interfecerat predictum Jacobum.

Item dixit quod in craftina die quod Jacobus predictus fuit interfectus et corpus Jacobi erat in Ecclesiam supra vanay et ipse Johannes cum alijs vicinis de Villa erat in Ecclesiam, vidit quod quando Wera predictus intravit Ecclesiam, sanguis incepit exire de corpore Jacobi sicut illa hora fuisset percussus et non cessavit exire dum corpus stetit supra terram et Wera stetit in Ecclesia (manca il seguito del processo).

not. Pantaleone di Moruzzo Arch. notar Udine

LIBRERIA
FRATELLI

403

37

1325. 21 Aprile. Fagagna. Sentenza di assoluzione data dai Giurati ad uno incolpato di omicidio, non essendo comparso alcuno a sostenere l'accusa.

57

A. D. MCCCXXV ind. VIII. die x exeunte Aprili. Presentibus d. Jacobo de Ragonea commorante in Faganea, d. Rodulpho olim d. Nicolai militis de Faganea, d. Rodulpho de Bugia, Carlisino sartore de Faganea, Tomasino olim domine Bogie ipsius loci, Andrea olim Tafanie de Faganea testibus et aliis pluribus.

Comparuit Michael filius olim Dominici de Faganea coram d. Zugesio sedente in iudicio pro nobili viro d. Federico de Vilalta tunc gastaldione Faganee, dicens et allegans ipse cum prolocutore suo, quod ipse d. Gastaldio intendens ex officio suo inquirere veritatem de morte olim Grinei de Faganea et punire culpabilem secundum ordinem iuris fecit et de mandato eius dati fuerunt eidem Michaeli contra quem esse dicebant aliqualis suspectio primus, secundus et tertius termini et quartus de gratia rationabiles, scilicet quilibet ultra XV dies et pro quolibet ipsorum fuit facta canta et proclamatum publice et alta voce in cortina Sancti Jacobi de Faganea, quod si aliquis homo vel mulier et maxime affines dicti olim Grinei scilicet frater vel uxor quorum specialiter interérat aut alia qualibet persona volebat seu intendebat dicere vel accusare de dicta morte prefati olim Grinei contra ipsum Michaelem, quod idem Michael paratus erat et est respondere de iure et se excusare et suam defensionem facere contra quemcumque, cum nulla culpa habuit neque habebat, sicut dictum est, vel bene noviter quod peccatum fecerat qui eum diffamaverat de predictis et quod predictus d. Gastaldio paratus erat facere et reddere rationem contra eum si fuerit repertus culpabilis. Unde cum in dictis terminis sit proclamatus et supra dictum est, nullus comparuit nec adhuc ad presens comparet affinis nec extraneus qui aliquid conqueretur vel dicat contra eundem Michaelem et ego Michael presens sim et hora termini transire videatur et nemo contra me aliquid proponat, rogo vos domine

Gattaldio ut petatis a vestris Juratis, quid iuris inde sit et si debeo esse infons et sine culpa de infamia mortis et de ipsa morte olim Grinei predicti. Et tunc idem d. Gattaldio videns quod nemo comparebat nec accusabat dictum Michaelem, quod hora termini quasi transire videbatur, petit a mis Juratis qui ibi sedebant per sententiam diffiniri quid iuris esset; et ipsi Jurati sententiaverunt quod ante omnia probari debent dicti termini et crida sicut superius dictum est. Et tunc ipse d. Gattaldio et Michael cum eo nominaverunt et ordinaverunt Hellerusium preconem et pro nuncio ad faciendum fidem et probandum terminos sic fuisse statutos ut iam dictum est. Qui Hellerusius per sacramentum sui officii dixit et retulit ibidem quod de mandato dominii seu dicti d. Gattaldionis precepit et ordinavit dicto Michaeli primum, secundum et tertium terminos rationabiles et quantum de gratia, qui erat dicto die, videlicet quilibet ultra x v dies ad faciendum suam excusationem et comparendum coram dicto d. Gattaldione, de morte olim dicti Grinei et Michaelem proclamaverat alta voce et publice in cortina sancti Jacobi de Faxana, quod si aliquis et maxime affinis eius quicunque sit vult dicere vel accusare eundem Michaelem de morte predicti olim Grinei, quod comparet coram dicto d. Gattaldione, qui erat paratus facere iusticiam et idem Michael requireret se excusare secundum ordinem rationis. Post que rogavit idem Michael quod idem d. Gattaldio peteret a dictis mis Juratis si bene probaverat terminos et crida supradicta sicut superius allegaverat, et petente dicto d. Gattaldione a mis Juratis, ipsi omnes sententiaverunt quod bene et legitime probaverat que superius allegaverat. Et tunc ipse Michael rogavit peti per sententiam, quid iuris esse deberet cum nullus comparet nec in aliis terminos comparuit extraneus nec affinis ipsius Grinei conqueretur vel accusans eum de morte ipsius nec alius cum veritate fuerit suspectus de morte predicta. Et petente a Juratis, ipsi sententiaverunt quod ex quo probati sunt termini et nemo apparet actor

vel conquerens nec aliter ipse Michael est suspectus vel diffamatus de mort. predicta, quod dictus Michael debet esse perpetuo liber et absolutus de morte olim ~~predicti~~ Grinei predicta, promittens dictus d. Zuchessius nomine et vice nobilis viri d. Federici de Vilalta Gastaldionis de Faganea pro se suisque successoribus, cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum dictus Michaeli non movere umquam aliquam questionem ipsius morte (sic) olim Grinei, nisi (sic) habere firma et rata omnia suprascripta, facere vel venire aliqua ratione, dolo, ingenio sive causa sub pena predicta, qua soluta vel non etc

Actum in cortina sancti Jacobi de Faganea ante canipam Brunissii olim Daignani de Faganea.

Not. Pantaleone di Moraggo. Arch. notar. Udine.

LIBRERIA
FRATELLI J

403

1327, 12 Febbrajo - Gemona. Processo per ferimento con giudizio chirurgico di non esistenza di pericolo di morte e quindi sentenza de' giurati di condanna ad una multa de' colpevoli:

Antico notajo di Gemona. Arch. Vit. Udine. 38

A. D. MCCCXXVII, ind. X, die XII intrante februario presentibus Jacobo Ciridi, Petro Alexioni, Flumiano q. Nicholai clavigerio Communis Glemone, Francisco Sibelli, Stephano Vizalchoni, Cavarzio q. Nodulfi pellipari, Enrico dicto Calruga sartore de Glemona, Petro calcifice de Avaro commorante Glemone, Francisco dicto Feretto, Marchusino Bocanilope de Glemona et aliis.

Coram D. Jacomino de Paona tenenti racionem pro D. Fedrico de la Turre Capitaneo Glemone comparuit Franciscus Cirologus filius q. Magistri Bemvenuti Cirologi de Glemona ad instanciam et peticionem dicti Vicecapitanei et interrogatus ab eodem de veritate dicenda supra eo quod Stephanus frater Coradussii de Osopio commorans Glemone sub Castro, vulneratus fuit et dicebatur per Nicolaum filium Marchucii sartoris de Glemona et Odorlicum calcificem de Rin de Carnea commorantem Glemone et Jacobum filium Johannis Liotti de Glemona, si portabat periculum mortis de dicta vulneratione, per iuramentum sibi datum a dicto D. Vicecapitaneo de veritate dicenda supra dicto facto, dixit suo iuramento et fide, quod dictus Stephanus vulneratus pro vulneratione dicta sibi facta per predictos, non inferebat aliquod periculum mortis salvo tamen quod homines bene sani possunt ex virtute Dei mori, sed tanquam pro vulneribus dictis non debet mori de iure. Qui D. Vicecapitaneus dictus peciit per sentenciam diffiniri a circumstantibus de predictis si hoc sufficeret, cumquam dictus Franciscus medicus dicebat suo sacramento et fide quod dictus vulneratus non inferebat periculum de morte, si dicti inculpati de dictis vulnerationibus factis debebant esse

sine periculo de morte ipsius. Qui circumstantes sententiaverunt nemine discrepante, quod, postquam dictus medicus reddebat eum liberatum de periculo mortis dicti vulnerati, quod dicti inculpati deberent esse securi de personis eorumquam, solvendo vuadiam consuetam Dominio Glemone.

Actum Glemone sub domo Comunis.

LIBRERIA
FRATELLI

403

39

1328, 16 ottobre Faedis. Sentenza del Podestà e Giurati di Faedis in affari civili.

39

... Arch. Not. Udine

A. D. 1328, ind. XI, die XVI intrante octubri, in domo Comunis de Fagedis ... D. Iohanne de ... Federico de Civitate Austria q. Iacobi de Castro Veneri, Andriacio commorante in Fagedis q. Ciruffi testibus et aliis.

Coram Donato Potestate de Fagedis comparuit Landucius de Austria Civitate dicens quod Viculussius pellipparius de dicta villa sibi tenetur ... mutui unam marcham et ... tres ... ut continetur quodam instrumento manu Antonii notarii de Civitate sub A. D. 1327, ind. X, die IV exeunte octubri; idem Viculussius vocavit se fore convictum per dictum creditorem coram ... presentibus ... per dictum Potestatem quod iuris ordo requireret per ... vistrum Caresinum ... Pussinum et Suynum ... tantum extitit ut dictus Potestas sibi daret nuncium ad accipiendum de bonis dicti Viculussii donec venerit ad solucionem integram omnium predictorum et ... expensarum. Qui Potestas iuxta sententiam latam dedit in nuncium Babussum preconem de Fagedis ibidem presentem. Carta cum melioramento.

40

LIBRERIA
FRATELLI

403

1329, 9 ottobre Gemona Processo contro una ladra.

Francesco Sibilli not. di Gemona. Arch. Not. Udine.

A. D. MCCCXXIX, ind. XII, die IX intrante octubre, presentibus nobilibus viris Dominis Ulvino et Artuicho fratribus de Pramperch Ulrmanno notario, Nicolussio Lividi, Mattiusso de Albaneto, Adelino de Portis, Stephano Valchoni notario et alijs.

Sedente in iudicio Curnisello pro Dominio, conquestus fuit nobilis vir D. Federicus de la Turre Capitaneus Glemone pro Dominio supra Tomasinam uxorem Brutti de Glemona, dicens ipsam tamquam mulierem male fame diu habite, intravit hora tersatta (sic) in domo Francisci Povie de Glemona et furtive accepit uxori eius monilia et massillos de pannis suis et de hoc ipsam negare nec credebat, propterquod petebat pro Dominio fieri iusticiam in persona sua et tanto plus quod petebat per sententiam diffiniri si placitum deberet esse banditum non aliter loquendo sed quod habebat dicere et petente dito Curnisello pro Dominio a Juratis, sententiatum fuit per Bonam et Johannem de Cosaps quod placitum debebat contradicere in non loquendo primo de octo denarijs et secundo de quadraginta denarijs. Ad quod vero Bruttus locutus fuit in placito et peciit dictus Capitaneus si debebat condempnari. Ad quod vero dicta Tomasina sciuit unum hominem sibi dandum qui diceret ius suum et petente dito Curnisello a Juratis, ipsi Jurati dixerunt quod volebant habere inducias usque mane ad horam terciam et sine eorum socijs nolebant sententiare. Hoc autem peracto D. Capitaneus nolebat habere ipsam apud se et interim fuerunt concordes quod ipsa Tomasina prestaret securitatem de centum libras veronensium parvorum de voluntate Bruti mariti sue

sub hoc pacto quod Paulus Carbonus et Sclavonus q. Minisoni fecerunt securitatem predicto dicto D. Federico Capitaneo ipsam Tomasinam in persona assignare in iudicio die mercurii in hora vespertinali in pena centum librarum veronensium parvulorum sub predicto modo et forma ut sint in placito non preiudicando alicui iuri dicti D. Capitanei vel dicte Tomasine aut alterius persone que vellet contra ipsam opponere et hec omnia promiserunt habere firma cum obligatione etc.

Actum Glemone sub loza Comunis.

403

41

1331. 3 Giugno. Meleto (di Tomba). Procure e paci per arbitrio.
(Atto molto scorretto per l'ignoranza del notaio).

41

A. D. MCCCXXXI. ind. XIV. die tertia intrante Junio, presentibus presbitero Detrico de Melereto, Daniele dicto Borgaro de Pantiganinis, Francisco ipsius loci, Venerio dicto Pizabae eiusdem loci, Matheo olim Odorlini de predicto loco, Michaele de Cipperna testibus et aliis.

Comuffinus de Sterpo pro se et filio suo Johanne ac Nicoro ex una parte et Tafarellus de Melleredo et Philipus de Tomba pro se et eorum amicorum (sic) ex altera, de bona compromisserunt se inter Dominicum dictum Cuffatum de Meleredo et Johannem dictum Falchariorum de Plasencia arbitros et amicabiles compositores de litis et questionibus que vertebantur inter eos causa mortis olim Leonardi ibi affinabatis de Meleredo, quod Johannes filius Comuffini de Sterpo conduxit ad mortem et de dicto facto dederunt liberam potestatem dicere et pronunciare ipsos arbitros et quidquid definitum et deliberatum fuerit per ipsos ab aliquis (sic) eorum non vellet observari pactum sub pena x marchasum denariorum aquilegensis monete, medietas pene arbitrorum et alia medietas parti obtemperanti a predicta sententia non postint ad sententiam bonis dominis. Pro quibus extitterunt fideiussores pro parte ipsius Johannis Marquardus dictus Clericus de Barasgeto, Geraldus, Michael filius olim Jacobi de Tomba et pro parte suprascripti Tafarelli fideiussores Marquardus suprascriptus, Ambrosius de Meleredo et Martinucius predicti loci, pro parte predicti Philipi fideiussores Fluricus et Petrus dictus Zora de Meleredo.

Actum in platea apud puteum de Meleredo.

Item in eodem die, presentibus suprascriptis testibus et me notario infrascripto et aliis. Dominicus dictus Cuffatus de Meleredo et Johannes dictus Falchariis de Plasencia ut arbitri

voluerunt difinire questionem malefactis ut continetur primum instrumentum manu mei Notarii infrascripti ac citatis et auditis cum consilio sapiencium et sub pena ut continetur in compromissum, ordinaverunt partes iurantes ad sancta dei evangelia habere bonam pacem ac non contra movere per predictum factum aliquam questionem et postea ordinaverunt et preciperunt quod dictus Johannes petit cum genibus flexis a predictis Tafarello et Philipo et eis donavit cutellum et framcam? dicti arbitri ordinaverunt quod det Blasino et Comissio dim Bozani de Mellereto hinc ad proximum festum s. Michaelis in dicto die remedium anime Leonardi et complacere amicorum eius 18 staria frumenti, una quartam sagile, una quartam millei, et unum starium fabarum et dimidium, unum pistinale pisti duas ornas vini et quatuor pecudes, duas oncias peverate, quatuor galinas cum xx ovis et erbis quod essent locum facti et unum plaustrum linorum (lege lignorum) et quatuor sacerdotes in dicto die ad celebrandum pro quolibet unum duplerium cum quatuor denariis et aliud festum Sancti Michaelis consequentis det predictis tria staria frumenti et tres pecudes ac omnibus aliis rebus ut supradictum est et tercio anno ut dictum est tria staria frumenti ut supra, excepto ad sacerdotibus pro quolibet unum duplerium cum denariis tribus. Item ordinaverunt quod vadat Romam infra quatuor annos sub pena remedium anime ipsius. Item ordinaverunt hodierna die quod demorat in Stenpo hinc ad proximum festum sancte Marie de Augusto venturo et postea recedat et non intrat in villa de Mellereto et Tomba in perpetuum, salvo si moritur aliquo suo speciali amico et eos honorare et ostare in omnibus locis ad suam posse et omnia ordinaverunt observari sub pena sacramenti et pena ut continetur in compromissum. Actum in oditorium sancti Danielis Ecclesie de Mellereto.

not. Rodolfo di Moruzzo Arch not Udine

403

42

1332 2 Novembre Udine: Sentenza degli Astanti in causa civile.

42

A. D. MCCCXXXII. ind. XV. die secundo Novembris, presentibus Francisco Sclavum de Utino, Thobia, Hermanno patre [illegible] fratribus testibus et aliis.
Comparuit in iudicio Petrus Loti de Utino coram discreto viro Nicolao notario de Utino vicegastaldione pro nobili domino d. Conrado de Bernardegio Gastaldione Utini, dicens: domine ego [illegible] dum et sententiam obtinui Venerium preconem Comunis Utini ad accipiendum de bonis Francisci olim Jacobi Arguccii de Utino, ita quod non invenio de bonis eius mobilibus, quare rogo ut petatis a circumstantibus si debeo ut cum stabilibus; et petente dicto Nicolao vicegastaldione a circumstantibus, sententiatum extitit, nemine discrepante, quos sic, dummodo dicti Petrus et preco vellent obtinere quod non invenirent de bonis mobilibus dicti Francisci et hoc per sacramentum suum. Qui Petrus et preco ibidem iuraverunt, ubi sententiatum fuit. Qui Vicegastaldio mandavit eundem preconem ut faceret sicut sententiatum extitit. [illegible] in domo Comunis.

not. ignoto di Udine; [illegible] tra gli atti del not. Pantaleone di [illegible]

FRATELLI

403

Questione di foro.

1335. 4 febb.º Aquileja. Presenti: Nob. Wocialo e Francesco f.lli di Strassoldo, Ermanno e Flaviano di Gemona ecc.

Protesta in giudizio avanti il Pad.ª Bertrando dei Nob. fratelli Giovanni e Warnere di Cucagna che l'Avvocazia di qua tre masi in Budrio apartenenti al Monastero di Obrunburg, appartiene ad essi, e che la causa tra essi ed il Monastero è causa civile e non spirituale e quindi deve trattarsi nel Foro Civile, tanto più che tale Avvocazia è di ragione feudale.

Enrico di Cividale nod.

(Originale pergamena nel Vol. VI Autographa Lincendiana).

LIBRERIA
FRATELLI JU

403

1335. 13 maggio. Udine. Sentenza degli astanti in favore di Zenelluffio di Udine al quale il Comune di Gemona aveva colla forza tolto l'armento sequestratogli pe debiti di quel Comune verso di lui.

44

Dagli atti del notajo in Udine Vecelo di Damiano di Portogruaro. Museo civico orig.

Anno domini MCCCXXXV, ind. V, die XIII maij in castro Utini in superiori sala Patriarchalis palatii, presentibus Ven. viro D. Guidone Episcopo Concordiensi ac nobilibus et discretis viris D. Federico q. D. Constantini de Savorgnano, Galvano de Manzacho, Francisco de ..., Oldorico de Utino notario, Bartholotto de Civ. austrie, Mag. Francisco notario q. Jacobi dicti Bienchi de Utino, Flumiano hospite de Glemona testibus et aliis constitutis in iudicio coram Reverendo in Christo Patre et D. D. Bertrando Dei et Apostolice Sedis gratia S. Sedis Aqu. Eccl. Patriarcha, Zenelluffio q Varienti Sible de Utino ex parte una et Jacobo de Cramis de Glemona Massario Comunis de Glemona ex altera, prefatus Zenelluffius proposuit dicens quod cum Venerio precone Comunis Utini nuncio prefati D. Patriarche per laudum et sententiam a prefato D. Patriarcha sibi latis pro certa pecunie quantitate in qua Comune de Glemona sibi extitit obligatum, recepi fecit armentum Comunis et hominum de Glemona et ipso precone cum pueris ipsius Zenelluffii conducente dictum armentum placuit Comuni et hominibus de Glemona Banderia ellevata ad sonum campane currere post nuncium supradictum quasi usque ad Cormor et sibi violenter acceperunt armentum predictum propter quod ipse Zenelluffius eidem Massario et Comuni de Glemona cum nuncio prefati D. Patriarche et de eius mandato ad diem hodiernam infra nonam et vesperas in Utino fecit terminum suum assignare ut sibi restituere deberet accepta ad Altressum et satisfacere bannum curie D. Patriarche aut hodie esse ut dictum est coram D. Patriarcha inter nonam et vesperas suam excusationem facturus, quare supplicavit idem Zenelluffius eidem D. Patriarche, ut peteret a circumstantibus sententialiter diffiniri quod iuris invenisset. Ad que idem Jacobus de Cramis tamquam Massarius Comunis Glemone dictum terminum sibi factum fore denegavit prout dictus Zenelluffius asserebat. Ad que ipse Zenelluffius replicando dixit quod prefatus Nuncius fuit Glemone et bona fide quesivit dictum Jacobum Massarium et ipsum habere non potuit cum se absentasset ne sibi facere posset mandatum predictum et tunc super plathea Glemone alta voce preconica proclamavit quod Massarius Comunis Glemone et Comune Glemone restituere deberent armentum ablatum eidem ad Altressum et solvere bannum curie D. Patriarche aut hodie esse deberet coram D. Patriarcha infra nonam et vesperas in Utino suam excusationem si poterit ostensurus, quare supplicavit eidem D. Patriarche ut peteret per sententiam diffiniri si hoc probabat si sibi sufficiebat ad probandum terminum supradictum et non credebat ipsum Massarium iurare velle quod resciuisset

de proclamatione predicta. Ad que idem Manfarius replicando dixit quod dicta proclamatio
si facta fuit ut asserit sibi non preiudicat cum terminum sibi non fuit per litteram assi=
gnatum et petere dicto D. Patriarche quod inde iuris sententiatum fuit per maiorem partem
circumstancium, quod si dictus Manfarius suo sacramento manutenere vellet nihil scivisse
de proclamatione predicta quod non paciens sententiaret salvo si idem Genellussius sibi monstrare
posset predicta et si idem Manfarius manutenere recusaret predicta rescivisse aut idem Gene=
lussius sibi mostraret quod dicta proclamatio facta deberet per terminum haberi. Cumque
idem Manfarius iurare recusasset predicta idem Genellussius supplicavit eidem D. Patriarche
ut peteret quid iuris inde esset et ipso petente sententiatum extitit per maiorem par=
tem circumstancium quod dictus Genellussius bene probavit terminum predictum si fidem
faceret de proclamatione predicta prout ibidem in iudicio fidem fecit per Petrum
dictum Maynarum preconem Utini prout sententiatum extitit per circumstantes bene
et legittime probasse. Quibus sic peractis idem Genellussius supplicavit eidem D. Pa=
triarche ut peteret per sententiam diffiniri quod sibi dare deberet nuncium ad acci=
piendum de bonis Comunis Glemone ad Altressum et pro banno Curie ipsius D. Patriar=
che: ad que idem Manfarius replicando dixit quod dictum Armentum non fuit acceptum
per Comune Glemone et si aliquis predictum armentum acceperunt quod sibi faciat
emendare, cum Comune Glemone ad predicta sibi non teneatur. quare idem Genellussius respon=
cens dixit quod non credebat ipsum Manfarium iurare velle suo sacramento quod homines de
Glemona cum banderia ellevata ad sonum campane non cucurrissent ad accipiendum dictum
armentum et si iurare vellet aut acciperet eius sacramentum aut sibi fides faciat
de predictis ut postulat ordo iuris. Cumque idem Manfarius nolens denegare predictum
idem Genellussius supplicavit eidem D. Patriarche ut peteret a circumstantibus sententialiter
diffiniri quid inde iuris esset et ipso petente sententiatum extitit per maiorem partem circum=
stancium quod si idem Genellussius fidem faceret de eo quod acceptum fuit Armentum
predictum per homines de Glemona prout ibidem fidem fecit in iudicio per Venerium pre=
conem comunis Utini prout sententiatum extitit per circumstantes bene et legittime probasse
quod idem D. Patriarcha eidem Genellussio dare deberet Nuncium ad accipiendum de bonis Comunis
et hominum de Glemona ad Altressum usque ad summam quantitatis pecunie quam habere
debet a Comuni Glemone, quem D. Patriarcha dedit eidem Genellussio dictum Venerium Preconem
Comunis Utini in Nuncium mandans eidem ut exequatur et faciat prout sententiatum extitit
coram ipso dictum omni meliori etc.

FRATELLI

403

45

1335 - 20 Settembre. Sotto la loggia presso la cisterna nel castello di Udine. Sentenza pronunziata in giudizio avanti il patriarca di Aquileja, dagli astanti in causa civile contro l'abate di Moggio fideiussore per quello di Arnoldstain per restituzione di cavalli o loro prezzo al nob. Giovanni di Villalta.

Anno domini MCCCXXXV. ind. III. die XX mensis Septembris. In castro Utini in loza patriarchali prope cisternam presentibus reverendo domino d. ... Concordiensi episcopo venerabili viro d. fratre Johanne abate Rosacense, nobilibus viris dominis Ectore de Savorgnano, Girardo filio domini Girardi de Cucanea, m.o Odorlico notario de Utino, Ermanno notario de Glemona, Johanne de la Porta de Civiano testibus et aliis pluribus.

Coram reverendo in Christo patre et domino d. Bertrando dei gratia sancte sedis aquilegensis Patriarcha constitutis in iudicio coram dicto d. Patriarcha venerabilis vir d. ... abas Mosacensis ex parte una, et nobilis vir d. Johannes de Vilalta ex parte altera, d. Johannes proposuit dicens: domine, venerabili viro domino ... abati de Orestaino de mandato et voluntate predicti d. abatis Mosacensis sextos equos usque ad certum terminum dedi, quos michi restituere tenebatur vel marchas denar. aquilegensis monete decem et novem cum dimidia. Sed dictus abas de Orestayno usque ad dictum terminum de predictis mecum concors non erat, et etiam terminus elapsus sit et dictus d. abas de Orestayno mecum in aliquo de predictis sit concordio quia non credo ipsum d. abatem Mosacensem negare predicta ita non esse ut dictum est, deprecor vos quod ipsum constringere debeatis ad dandum michi pignus de predictis aut pecuniam supradictam. Qui d. abas Mosacensis ibi confessus extitit et contentus esse fideiussorem d. Johannis predicto de Vilalta pro d. abate de Orestayno de XIX et dimidiam marcham den. aquil. ut ipse d. Johannes dicebat, et tunc ipse d. Johannes dixit: domine postquam confitetur fideiussorem esse pro d. abate de Orestayno de XIX cum dimidia marc. den. aquil. petatis a circumstantibus quid inde iuris sit. Supra quibus petente ipso d. Patriarcha a circumstantibus quid inde iuris, sententiatum extitit per circumstantes, quod postquam d. abas Mosacensis confitebatur fuisse fideiussorem domino Johanni predicto de XIX cum dimidia marc. den. aquil., quod predictus d. abas tenebatur et debebat dare pignus de predictis XIX marchis et dimidia dicto d. Johanni

et si d. abas predictus Mosacensis dare nolet vel denegaret pignus d. Johanni ut dictum est, quod d. Patriarcha dare debebat d. Johanni nuncium ad accipiendum de bonis d. abatis Mosacensis usque ad plenam satisfacionem suam sortis, dampnorum et expensarum. Ubi statim et in presentia dictus d. Patriarcha dedit dicto d. Johanni Mathiam preconem Utinensem ad accipiendum de bonis d. abatis Mosacensis si dictus d. abas in concordio non erit cum dicto d. Johanne a presente die usque ad XX dies proximos immediatos subsequentes de dampnis et expensis et in hoc termino XX dierum nullum pignus nuncius predictus de predictis accipere non debeat set transactis [illegible] XX diebus nuncius exercere teneatur et debeat officium suum ad accipiendum de bonis d. abatis ut dictum est.

not. Pantaleone di Moruzzo. Arch. not. Udine.

LIBRERIA
FRATELLI [illegible]

403

46

1336. 8 Gennajo Cividale. Zerdino, Avvocato di Cividale &c., ne incarica di tale offizio Betto notajo di Cividale, precisando le sue mansioni.

Betti notarii de sua Advocatia.

A. D. MCCCXXXVI. ind. IV. die VIII intrante Januario. In Civitate in domo Communis, presentibus dominis Jacobo Milite de Cormono, Francisco q. d. Pauli de Civitate, Bonetto q. Tibaldi de Janzalo, Turino de Civitate, Zampulino de Civitate et aliis.

Discretus vir Zerdinus Advocatus Civitatis officium ipsius Advocatie in faciendo rationem, nunciumque petendum et ad faciendum longare terminum et terminos et ad reparandum mensuras et pondera et ad exigendum Mutam Civitatis et ad omnia et singula faciendum prout ipse Zerdinus Advocatus facere posset prout in litteris Reverendissimi Patris et Domini Bertrandi Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarche ac ipsarum tenore continetur in omnibus et per omnia cum omni meliori modo etc.

Landuccio notajo di Cividale. Arch. Not. Udine.

46

LIBRERIA
FRATELLI BOCCA

403

47

1336. 23 Aprile Cividale. Sentenza degli Attuarii in causa civile nel 1336. ... ecclesiastico.

1336. 1 Giugno. 48. Sentenza arbitrale in detta causa e appello al patriarca.

A. D. MCCCXXXVI, ind. IV. die VIII exeunte Aprili. In Civitate Austria in curia patriarchali coram venerabili viro d. fratre Johanne abbate Rosacensi Vicario etc. constitutis domina Geilla filia magistri Henrici Spadarii de Civitate ex parte una et Mathiussio filio q. Barnabe aurificis, ipsa d. Geilla petente XX soldos grossorum racione sui morghingrab et versa vice Mathiussio asserente non teneri sibi in aliquo, cum ipsa post recessum mariti sui habuerit certa bona ipsius maioris valoris, dicto Morgingrado, sententiatum fuit per ... quod dicta d. Geilla habere debeat una sua ... quod ipsa habuerat de bonis mariti sui, quod idem Mathiussius per testes probare intendit quod ipsa d. Geilla de dictis bonis con... tanta sit ad valorem dicte quantitatis si tantum erat. Qui d. Vicarius mandavit eidem Ma-thiussio etc. (manca il resto.)

Anno domini MCCCXXXVI ind. IV. die I Junii. In Civ. Austria in patriarchali palacio presentibus dominis Philippo de Portis, Gerardo de Coneglano, magistro Antonio, Bertholutto, Gumbertino, Stephano parvo notariis, Benvenuto q. Stephani Snagil de Civitate testibus et aliis.

Constitutus coram venerabili viro domino fratre Johanne abbate Rosacensi arbitro etc. litis ac questionis vertentis inter d. Geillam filiam m.ri Henrici Spadarii de Civitate uxorem q. Cucii filii q. Barnabe aurificis de Civitate ex parte una et Mathiussium q. dicti Barnabe ... ...mansionarii Eccl. Civitatensis ex altera, occasione iurium videlicet contradotis et morgingrafii dicte d. Geille, que ipsa a prefato Mathiussio tamquam herede olim dicti Barnabe patris sui et Cucii fratris sui et etiam occasione certarum rerum, quas dictus Mathiussius petit ab eadem Geilla, talem inter ipsas partes oretenus, ipsis partibus presentibus protulit sententiam, videlicet quod ipsa d. Geilla habere debeat a dicto Mathiussio sua iura, videlicet Morghingrap sine aliqua contentione et contradotes ipsa securitatem prestante de ipsis

contradictibus. Insuper sententiavit, voluit et ordinavit, quod propter certas res quas dicta d. Geilla habuit de rebus mariti sui predicti, prout continetur in depositionibus testium ~~productorum~~ productorum per dictum Mathiussium et potissime duorum, ipsa d. Geilla dare debeat dicto Mathiussio marcham unam denariorum aquilegensis monete, mandans etiam ordinans dictus d. Abbas arbiter dictam sententiam a dictis partibus observari et ipsam effectualiter a partibus adimpleri usque ad primam diem Julii proxime venturi etc. sub pena in compromisso contenta.

Appellatio Conradi

Item ..., loco et testibus. Conradus dictus Papes procurator et procuratorio nomine antedicto, senciens se a dicta sententia gravari et gravatus fore, viva voce ad reverendum in Christo patrem et d. d. Bertrandum divina miseratione sancte Sedis aquilegensis Patriarche appellavit.

not. ignoto di Cividale, fra gli atti di Pantaleone not. di Moraggio. Arch. not. Udine

LIBRERIA
FRATELLI JOPPI

403

48

LIT... FRATELLI JO...

403

77

1337, 11 marzo, Udine. [illegible] di Udine e Pietro q. Vannino [illegible]

Anno Dni. 1337. Indic. a die 11 Martij

Presentib. Nobili Viro Dno Hectore de Sauorgnano, Dno Odorico not.o Mag. 49
Fran.ci not.o, Joanne dicto Lunutte not.o, Joanno q. Marulini q. Nicolai not.
q Mag.ri Conradi not.' Omnib. Utini Comorantib. testibus, et alijs.

Constitutis in Judicio coram Nobili Viro Dno Henrico de Carnea Gastald. Utini Manciotto q. Francischini de Utino ex parte una, et Petro q. Vannini de Utino ex altera, dictus Manciottus proposuit dicens, Domine, Petrus predictus michi vendidit octo lib. denar. aquilien. de livello super una domo Michael Stephani Cumini de Flambro, unde ego pro dicto livello in non soluto transacto anno, et die et per laudum et sententiam imponi feci primam, secundam, et tertiam spangas supra dicta domo et omni spanga transacto Anno et die et p laudum et sententiam interam tenutam et possessionem dictae domui, et dictum livellum tamen p ipsum venditum, dictus Petrus michi exhibit manutenere. Unde dictus Michael Steph. Cumini movet questionem. Unde supplico quatenus petatis si dictus Petrus predicta debet negare vel confiteri. Et petente dicto Dno Gastal.o a circumstantibus quod inde iuris sit, sententiatum fuit per omnes circumstantes quod dictus Petrus debeat negare vel confiteri. Et tunc dictus Petrus in Judicio coram dicto Dno Gastald.o ac testibus supradictis p me not.o subscripto contentus et confessus fuit q. idem Manciotto dictum livellum lib. 8. vendidit et exhibit manutenere sup omnibus suis bonis. Et tunc dictus Manciottus supplicavit dicto Dno Gastal.m ut peteret p sententiam diffiniri si postquam ~~supplicavit~~ dictus Petrus in Judicio confessus fuit esse suum manutentorem dicti Manciotti de dicto livello q. dictus debet stare in pace et quiete, et quod dictus Petrus debeat stare ~~[illegible]~~ dicti Manciotti Actum Utini sub logia Com.

Et ego Odoricus dictus Schaurbey q. Nicolai de Utino Imp.li Auct.e Not.s hijs omnib. interfui et rogatus scripsi

Nota extracta ex quodam Libercuto Notabilium
Antony Belloni Not.

Nota quod illi de Cuchanea habebant antiquitus in Parlamento Patrie Offitium Bidellanj, dandi scilicet Vota Parlamentarijs; Ob quod Offitium assidebant propè Tabulam Magistralem; Postea Stipendiante Parlam. Bidellos non dedignerunt dicti de Cuchanea a sede propè dictam Tabulam, ita ut, quod ante fuerat illis dedecus, videtur modo evasisse conspicuum. Vide plurima Parlamenta in uno Processu existente in Domo Comunis Utini.

Di Mano del sud.° Antonio Bellone
in una Cronaca cavata dalla Sud.e
Giovanni q. Aldino di Maniaco.
1390.

@ 55 Tergo.

Post hec dum Dnus Patriarcha (idest Gio: Marchese di Moravia) cenaret in Cocnis misit in Civitate Utini per quedam Advocato Civitate nomine Nicolaus Manini qui totus erat intimus Amicus Servitor, et dilectus Dni Federici: qui subito ascendens Castrum fuit ad presentiam ipsius Dni, et sic iussit retineri usque quo cenasset. Exivit unus, et venit ad Plateam dicens Populo: Nicolaus Manini recentius est per Dnum carceratus. Hoc audito totus Populus ascendens Castrum petierunt Nicolaum eorum Civium sibi dari, pro quo securitatem facere intendente; si quid fecerat per ipsum cum terminis ducere debent, quia non erat usus Dominorum ... sic Cives capere, et que nolebant hoc eis innovari. Visoque furore Civium Dnus ipsum Nicolaum eis dedit, et subito de Terra recessit ex quatuor socijs furibunde, et cum iniquis verbis contra Cives, et fuit tunc in Sossimbergo. Omn.

Nicolaus Manini Capit.°

Nicol.s relaxatus instante Populo Utini

LIBRERIA
FRATELLI

403

50

1337. 11 Marzo – Udine – Processo civile innanzi al gastaldo di Udine per un debito non pagato. (mutilo)

50

A. D. MCCCXXXVII, ind. V, die XI martii, presentibus nobili viro D. Henrico de Savorgnano, ser Odorico notario, Johanne dicto Zanuto notario, Johanne q. Marculini q. Nicolai notarii ..... q. magistri Conradi notarii, omnibus Utini commorantibus testibus et aliis.

Constitutis in iudicio coram nobili viro D. Henrico de Cornea gastaldione Utini Mancotto q. Franceschini de Utino ex parte una, et Petro q. Vaurini de Utino ex altera, dictus Mancottus proposuit dicens: Domine, Petrus predictus michi vendidit octo libras denariorum annualis ... de livello super una domo ... Stephani ... de Flumbro, unde ego pro dicto livello michi non soluto, tantacto anno ... et per laudum et sententiam ... pensionem ... et ... spangas supra dicta domo.

... notarius de Utino ... ut ... Utini

LIBRERIA
FRATELLI JOPPI

403

1338, 11 febbrajo. Cividale. Sentenza del Patriarca colla quale condanna Odrigella di Montereale a pagare la decima del vino nella Villa di Sedegliano ai Signori di Spilimbergo.

51

Da copia nell' Archivio Spilimbergo in Domanins, Vol. Abbori, p. 154.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem nativitatis MCCCXXXVIII, ind. VI, die XI intrante februario, in Civ. Austrie in palatio patriarchali, presentibus Venerabilibus Dominis Guidone Concordiense Episcopo, Giberto Mosacensi et Giliardo Belin. ... Abbatibus, Morando de Porcileis Aquilegensi Canonico ac nobilibus viris Dominis Artuicho de Pramperch et Gerardo de Cuchanea, Militibus, Bertoldo Notario, Nicolao Longo de Civitate, Turino de Florentia commorante Civitate et aliis.

Coram Reverendo in Christo Patre et Domino D. Bertrando Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha in iuditio sedente, Nobilis vir D. Bertholdus de Spilimbergo conquestus fuit contra Odrigellam de Monteregali dicens, quod cum ipse et frater et domus sua ab antiquo habeant in Villa Sedeani Decimam vivi et mortui et Massarii dicti Odrigelle quos habet in dicta Villa sibi solvant Decimam bladi, ipsi tamen Decimam vini persolvere contradicunt, quare petivit ipsum Odrigellam compelli per dictum ut faciat quod dicti Massarii de ipsa Villa sibi Decimam vini solvant, sicut de blado sibi solvere consueverunt et solvunt.

Qui Odrigella respondit, quod dicti sui Massarii Decimam

LIBRERIA
FRATELLI JU

403

52

1338. 31 Agosto ~~Luglio~~ e 20 Settembre e 14 Decembre. Cividale. Processo per omicidio contro Gello di Siena e suo rilascio dall'arresto. —

52

Sententia et processus Domine Agnese et Gelli

A. D. MCCCXXXVIII ind. VI. die ultimo Augusti in civitate Austria in domo Comunis presentibus dd. Philippo milite et Johanne de Portis, Simeone de Coneglano, Vannero de Chucanea, Botto notario de Utino, Antonio notario, Nicolao et Petro fratribus filiis q. Lupoldi, Henricoq. dni Monverde, Jacoboq. Tani et Bontado de Civitate, Gallutio, Bartholomeo Jacobi, Jacobo parvo, Dominico notario et Lapatio Poperis de Civitate testibus et aliis.

Coram d. Bernardo Fabri Castaldione Civitatis in iudicio sedente, dna Agnesa uxor q. Nicolai Yproti de civitate et Daniele castaldione civitatis cognato dicti q. Nicolai ex parte una cum amicis ~~dicti~~ q. Nicolai predicti et ser Gello de Senis ex parte altera, constitutis ipsi d Agnesa et Daniel proposuerunt dicentes, quod dictus ser Gellus interfecerat dictum q. Nicolaum et ad diem hodiernam datus erat terminus ad probandum dictam interfectionem, inter quos testes, salvo dicto duorum nomine venerat Stacheum de Florentia qui ibidem deposuit factum dicte interfectionis. Qui ser Gellus allegavit et protestatus fuit quod in iudicio erant diversi parentes et amici dicti q. Nicolai et ipsorum agentium cui verbo non debebant sententiare, preterea habebat plures testes, salvo dictorum duorum, quos non cognoscebat pro eo quod erant forenses et petebat unum a Terra sibi dari qui cognosceret parentes et amicos ipsorum agentium; salvis semper suis exceptionibus contra dicta et personas ipsorum testium, petens copiam testium adverse partis, super quo dicto Stacho per maiorem partem circumstantium narratum fuit quod deposuerat pro parte dicte dne Agnese et fuerunt tredecim pro minore vero parte qui deposuerant pro ipso Gello et fuerunt fuerunt octo exemplati et certi alii circumstantes voluerunt deliberare et sic ipse partes fuerunt concordes quod testes utriusque partis examinentur per Antonium notarium et me Stephanum a die mercurii ad octo dies et tunc in illa die publicentur ac si dixissent in iudicio, salvo quod debeat habere copiam illorum ~~qui~~ que nominantur in termino.

A. D. MCCCXXXVIII ind. VI die XI Septembris, Actum in Civitate Austrie in domo communis, presentibus dd. Philippo milite de Portis, Bartholotto, Antonio notario, Ulvino de Canussio, Nicolao Longo et Petro fratribus, Iohanne de Portis, Othonino, Botto notario, Nicolao q. d. Biliarde, Iacobo Parvo, Landetto et Dominico Ossa notario de civitate, Iacobo q. Leonis, Zanono q. d. Philippi Leonis, Henrico notario, Bontado, Hendrico, Francischino et Odorlico Crema de civitate testibus et aliis.

Coram d. Bernardo Fabri Castaldione Civitatis in iudicio sedente cum suis iudicibus, d. Daniele cognato et d. Tyresa uxore q. Nicolai Syrnoti, de civitate ex parte una et ser Gello Senensi ex parte altera constitutis, dicti Daniel et Tyresa proposuerunt dicentes, cum testes essent examinati utriusque partis de morte dicti Syrnoti, poterunt publicari et procedi in questione, facta fide de processu per notam manu mei Stephani notarii ibidem lectam. Ad que ser Gellus protestans, salva copia testium, petiit ante omnia sibi dari unum qui cognoscat parentes et amicos ~~ipsius~~ ipsorum q. Nicolai et domine, cum sit forensis, pro eo quod parentes et coniuncti non poterant nec possunt sententiare et testificari in huiusmodi questione et quod petantur ante omnia qui noluerunt deliberare supra dicto et depositione Stache, salvis omnibus suis iuribus. Ad que prefati Daniel et Tyresa dixerunt quod ipse non poterat habere copiam testium cum fuerunt concordes quod examinarentur ac si deponerent in iudicio, nec debebat aliquem habere qui ipsum instruat in hiis maleficiis, nec debebant peti illi qui noluerunt deliberare postquam sententia tunc fuit exemplata, salvis omnibus suis iuribus contradicendi contra personas et dicta testium ipsius ser Gelli et ad instantiam partium ego Stephanus de mandato ipsius d. Castaldionis petii, primo a magistro Antonio notario Civitatis quid iuris supra allegationibus utriusque partis.

Qui Mr Antonius habito consilio sapientum et circumstantium sententiavit quod ipse ser Gellus debebat habere unum qui sciret sibi dicere palam vel in scriptis parentes et coniunctos ipsorumq. Nicolai et d. Agretas et quod parentes et coniuncti per parentelam non poterant nec potuerunt sententiare et testificari in huiusmodi questione maleficii contra ipsum ser Gellum et quod ipse ser Gellus non debeat habere copiam testium nec illorum prout alias fuerant sententiatum et de illis qui debebant deliberasse, ante commicti debebant ~~deliberasse~~ videre qui fuerunt illi qui sententiaverunt supra depositione Stachi et si de illis essent tot parentes quod sententiatores pro utraque parte essent equales, tunc illi deliberatores debebant sententiare aliter non et sic per omnes sententia dicti Mr Antonii fuit secuta nemine discrepante. Qui Daniel et d. Agresa dixerunt quod de sententia contentabantur, scilicet quod parentes ipsius d. Agretis poterant et potuerant sententiare et testificari et volentes optinere hunc punctum appellabant et petierunt per sententiam diffiniri si poterant bene appellare et petitum fuit a M.^o Antonio, qui Mr Antonius habito iterato consilio sententiavit quod non poterant appellare, ipso ser Gello protestante quod non poterant et si poterant, reservato sibi iure similiter appellandi et per maiorem partem circumstantium sententiatum fuit quod non poterant appellare in huiusmodi questione criminali et per minorem partem sententiatum fuit quod bene poterant appellare, exemplata sententia de voluntate partium. Qui d. Daniel et d. Agresa dixerunt quod ponebant se in protectione d. Patriarche et Henricus notarius eorum advocatus cum M.^o Antonio recordatore pro eis petiit peti si poterant se ponere in protectione d. Patriarche et petitum fuit primo a M.^o Antonio, qui Mr Antonius sententiavit quod non poterat sibi accipi protectionem sic per minorem partem videbatur et per maiorem partem circumstantium videbatur quod postquam eis denegata fuerat appellatio et similiter protectio in hibi causa maleficii

et dum ego Stephanus notarius de mandato ipsius d. Castaldionis exemplarem partes in sententia predicta, ipsi d. Daniel et d. Agnesa per eorum Advocatum dixerunt et protestati fuerunt quod non contentabantur quod supra protectione peteretur per sententiam nec supra tali protectione ipse d. Castaldio non habebat petere nec aliquis poterat sententiare et sic remansit indiscussum nec ulterius fuit processum et sic per utramque partem fui rogatus scribere predictum processum.

Anno dicto, die xx Septembris, in Civitate Austria in palatio patriarchali, presentibus Francischolo de Burgo, M.º Omnebono muratore de Civitate, Cazargo, Zungello et Johanne Nuti familiaribus Curie patriarchalis testibus et aliis.

D. Bernardus Fabri camerarius Curie patriarchalis habens in custodia Gellum Senensem pro morte q. Nicolai Gyrotis de Civitate, iuxta mandatum ipsius d. Patriarche per litteras suas ibidem lectas dedit et assignavit ipsum Gellum Johanni de Pedruna familiari ipsius Patriarche, quem Gellum ipse Johannes extitit contentus habere et in custodia sua esse etc.

Anno dicto, die xiv Decembris, in Civitate Austria in Curia patriarchali, presentibus D. Bertholotto notario, Girardo de Coneglano, Antonio notario, Nicolao Longo et Gallutio de Civitate testibus et aliis

Reverendus in Christo pater et DD Bertrandus dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha dixit quod nolebat esse preiudicium Terre Civitatis pro relaxatione ser Gelli de Senis qui interfecerat q. Nicolaum Gyrotis de Civitate de Civitate se deffendendo etc.

Notajo Stefano Candelario di Cividale. Arch. Not. Udine.

FRATELLI

403

53

1338. 6 Settembre: Fagagna. Sentenza dei Giurati che assegna termini ad un imputato per stupro violento, onde provare la sua innocenza.

A. D. MCCCXXXVIII. Ind. VI. die VI intrante Septembri. In foro Faganee ubi ius tenetur per dominium, presentibus dominis Odorlico de Vilalta, Nicolussio eius filio, Morando de Castelerio, Iohanne notario de Utino, Odorlico q. Bargna de Faganea, Federico q. d. Hendrici Strassoi de Faganea testibus et aliis pluribus.
Coram d. Johanne del Font Gastaldione Faganee in iudicio sedente comparuit Indriina filia Margirasse nunc in Aquilegia abitatis, dicens domine Gastaldione hic Tunussius q. Birtulissi dicti Masarmula de S. Margarita me violavit et afforcium fecit, quare vos deprecor quod michi dignemini de ipso facere racionem de dicta violencia et afforcio. Qui Tunussius respondens dixit: Domine, ipsa potest dicere sicut vult et non sum retentus supra aliquo maleficio et paratus sum vobis facere idoneam securitatem quod si aliquod malum feci, racionem coram vobis obedire assignando michi terminos ut moris est, et petente ipso domino Gastaldione a suis Iuratis quid inde iuris, sententiatum extitit per Iuratos, quod si dictus Tunussius sibi prestabat idoneam securitatem, debebat ipsum dimittere et eum citare coram se ad racionem obedire ut moris est, et petente ipso d. Gastaldione de quanto erat idonea securitas, sententiatum extitit per Iuratos, de centum libris veronensium parvulorum. Qui Tunussius promisit et stetit comparere coram dicto d. Gastaldione inter quatuor dies postquam fuerit citatus per dominium in gastaldia Faganee vel coram alio sedente ad iusticiam pro d Gastaldione predicto sub dicta pena centum librarum veron. parvulorum et hoc usque ad proximum futurum festum S. Martini. Pro quibus omnibus attendendis et observandis precibus dicti Tunussii et pro ipso d. Johannes de Bragaco inferiori et magister Antonius Meran de Presano per se etc cum obligatione omnium suorum bonorum fideiussores in solidum extiterunt. Pena soluta vel non, presens instrumentum in sua semper maneat firmitate

Not Pantaleone di Moruzzo. Arch. not. Udine.

LIBRERIA
FRATELLI

403

54

1338. 4 Decembre. Udine. Processo tra il Cav. Corrado Boiani ed il Comune di Gemona, per i danni patiti dal primo per causa della guerra sostenuta tra Gemona e Venzone.

511

A. D. MCCCXXXVIII. ind. VI. die IV Decembris, in Castro patriarchali Utini, presentibus venerabilibus viris G. . . done Dei gratia Episcopo Concordiensi, fratre Gilberto ~~abbate~~ Mosacensi, Nicolao de Bozilles canonico Aquilegensi, nobilibus dominis Hectore de Savorgnano, Johanne de Cucanea, Philippo de Portis militibus, Johanne de Villalta, Henrico de Canussio, Zuanuto, Nicolao, Francischino et Henrico, Suntachino notariis de Utino, Jacobo parvo notario de Civitate, Stephano notario de Glemona testibus et aliis.

Coram reverendo in Christo patre DD. Bertrando Dei gratia Sancte sedis Aquilegensis Patriarcha in iudicio sedente, D. Conrado Boyano milite de Civitate ex parte una et Simonino procuratore et syndico Capitanei, massarii et Comunis Glemone, facta fide ibidem sententialiter per notam manu Stephani notarii de Glemona lectam sub predictis anno, indictione, die secundo Decembris legitimato per sententiam ex parte altera, dictus D. Conradus dixit quod quodam tempore werre illorum de Glemona cum Venzono, ad preces D. Artuki militis de Pramperch cum tribus deputatis per Comune Glemone . . . ivit et habuit magnum dampnum quod ipsum procuratorem non credebat negare, quare petebat sibi satisfieri cum dampnis et expensis. Ad que dictus Simoninus replicavit dicens quod dicta de causa ipse D. Conradus acceperat balas supra strata hominum de Glemona, unde ante omnia debebat eis restituere et tunc responderet. Supra quibus querente dicto D. Patriarcha sententiatum fuit a circumstantibus, quod dictus Syndicus tenebatur primo respondere negando vel confitendo et tunc si Syndicus volet aliquid sibi dicere petat cum iure citando ipsum et dum dictus

syndicus volebat appellare, sententiatum fuit, quod non, iterat appellare specialiter in causa servitii prout ipse d. Conradus petebat. Qui syndicus fecit sibi declarari qui fuerunt illis tres deputati per Comune Glemone ipse d. Conradus quod d. Artichus bene sciebat; unde sententiatum fuit quod d. Artichus erat talis persona quod debebat citari et bene diceret veritatem de predictis et sic per sententiam circumstantium sententiatum fuit quod dictus d. Artichus debebat compelli per ipsum d. Patriarcham ad dicendum veritatem de premissis, ipso syndico protestante de iure Comunis Glemone sibi salvo etc

Notaio Stefano Candelario di Cividale Arch. Not. Udine.

LIBRERIA
FRATELLI

403

55

[illegible]

[illegible] Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus universis fidelibus
et dilectis [illegible] de Utino ac ceteris Gastaldie nostre. Utini
[illegible] salutem et omne bonum. Significamus vobis quod Gastaldiam
Gastaldie nostre de Utino cum iurisdictione et iuribus ad ipsam
Gastaldiam pertinentibus dilecto fideli nostro providenti viro Hermanno
Gantonini de Gemona de cuius fidelitate et circumspectione
specialem in Domino fiduciam obtinemus a proximo festo S. Geor-
gii usque ad unum annum integrum et completum duximus conce-
dendum. Ideoque vobis universis et singulis precipimus et
mandamus quatenus eidem Hermano seu illi quem loco sui
deputaverit de premissis durante dicto anno respondere ac
parere fideliter procuretis; alioquin penas seu mulctas quas
rite tulerit in rebelles, ratas habebimus atque gratas et faciemus
eas auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviola-
biliter observari. Ipse namque Hermanus nobis iuravit ad sancta
Dei evangelia quod personas dicte Gastaldie et quascumque alias ducet
rationabiliter per laudum et sententiam, ipsasque [illegible]iter non
gravabit, appellationes ad Nos et Curiam nostram interponendas

committendi itaque videlicet que fuerint admittenda de iure, possessiones nostras et iurisdictionem ecclesie assentabit bona fide utilitatem nostram et comodum et ipsius ecclesie solicite procurabit et predicte gastaldie officium in omnibus et per omnia fideliter exercebit

Datum in castro nostro Utini XIX marcii, anno dominice nativitatis MCCCXXXIX, Ind. VII. —

LIBRERIA
FRATELLI SOPPI

403

56

56

Anno 1339 die 9 aprilis actum in castro patriarchali Utini presentibus D. Pingarallo et Manfredo de Pingano, Thomasio de Tricbano, Federico q. D. Galvagni, Paxino notario de Utino testibus et aliis.

Coram D. Hermano de Ysemona capitaneo Utini sedente in iudicio pro D. Patro de Fuso vicemarscalcho sedenti aliter deputato, ipso D. Petro de Fuso ex parte una et D. Durissa q. D. Nicolai de Varmo ex parte altera constitutis dictus D. Petrus de Fuso ex officio suo proposuit dicens quod quidam Nicolaus servitor dicti D. Durisse in strata interficerat quendam hominem supra suum equum existens de suis qui et protanto ipse D. Durissa receptavit ipsum malefactorem postea quem credebat velle negare. Ad que D. Durissa respondit quod de predictis non erat culpabilis et statim cum scivit ipsum licentiavit, super quibus querente dicto D. Hermano a circumstantibus quid iuris, sententiatum fuit quod si dictus D. Durissa volebat iurare quod de predictis erat sine culpa et postea quam scivit licentiavit ipsum a se, debebat gaudere, salvo si dictus D. Petrus posset probare contrarium et dum vellet se informare dictus D. Petrus petiit inducias ad deliberandum si poterat probare solum sua supradicta.

Exemp

LIPPERT
FRATELLI

403

57

1341. 26 Febbrajo Aquileja. Sentenza nelle questioni pel possesso di Castelraimondo

57

A. D. MCCCXLI. ind. IX. die tercio exeunte Februario. Actum Aquilegie in palatio patriarchali, presentibus dominis Henrico, Odalrico et Francisco de Strasoldo, M.º Johanne physico, Martino notario de Utino et Antonio notario de Civitate testibus et aliis.

Coram reverendo in Christo patre d.d. Bertrando dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha in iudicio sedente Nicolao de Flagonia asserens se procuratorem filiarum q. Mule et Syndrico q. Mulatini de Forgaria ex parte una et Laurentio dicto Bavaro de Pinzano pro se et fratribus ex parte altera constitutis, dum dicti Nicolaus procurator et Syndricus peterent partem Castriraymundi eis pertinentem dimitti cum dampnis et expensis per dictum Laurentium et fratres occupatam post mortem quondam Federici, quam dictus q. Federicus eis violenter detinebat occupatam contra formam cuiusdam sententie arbitrarie, ut erant parati probare. Ad que dictus Laurentius respondit quod salvo si dictus Nicolaus erit procurator et securitas si evadet ab ipso et omnibus aliis suis iuribus dictus q. Federicus et ipsi fratres continuata possessione possederunt per annum et diem in pace et quiete et sine preiudicio annis pluribus prout erat notorium et paratus erat probare possessionem predictam et si ipsi Nicolaus et Syndricus volebant sibi aliquod dicere, debebant cum tribus terminis rationabilibus secundum ordinem iuris patrie. Dicti vero Nicolaus et Syndricus respondebant quod dicti fratres non possiderant imo detinebant sibi violenter et similiter q. Federicus et semper fuerant in opere, unde debebat respondere. Supra quibus querente dicto d. Patriarcha a circumstantibus, quid iuris? sententiatum fuit quod dicto Laurentio probante titulum et possessionem per annum et diem continuatam cum q. Federico (sic) possessoris dicti Castri, debebat habere terminos racionabiles secundum consuetudinem Patrie salva probatione in contrarium de interruptione possessionis et si non probaret

titulum debebat respondere. Qui Laurentius traxit se probatorum titulum et pecijt terminum sibi dari ad probandum. Qui d. Patriarcha statuit terminum partibus in Civitatem XV die Martij et ipsi Laurentio ad probandum titulum habitum ab ipso Federico quondam de dicto Castro

Notajo Stefano Candolano di Cividale. Arch. Not. Udine.

FRATELLI JOS

403

54

58

A. D. 1341, ind. IX, die XIII mensis julij in Spegnimbergo sub domo Communis, presentibus Raynaldo de Tuppo, presb. Fulcherio, Nicholo dicto Prividuto de Ragonia, Guidoneq. Dosideari de Spegnimbergo et alijs.

Nobilis miles D. Bartholomeus de Spegnimbergo coram discretis viris suis vassallis, silicet Stephano q. Henrici de Spegnimbergo, D. Nicholao de Rodeglano habitante Spegnimbergi, Nicholo dicto Babis de S. Daniele, Ydolricq. Capitanei de Spegnimbergo, Bertoldo et Nicholao fratribus q. D. Wolfram de Gucheta, Philippo q. D. Antonii de Rodeglano, Francisco dicto Zucino q. D. Odorlici dicti loci, Marassio de Zoppola, Mathiussio de Maniacho habitante Spegnimbergi omnibus simul congregatis more vassallorum, proposuit dicens primo quod intendebat super quadam bona feudalia sibi dischaduta proponere petens si unum loco sui substituere posset. Sententiatum fuit quod sic, qui D. Nicholaum de Rodeglano loco sui substituit et propo... dicens: constat quedam bona feudalia sita in villa de Clavorzi in pertinencia fore mihi deschaduta et ipsa bona iuris ordine observato per annum et diem sine usibus et fructibus intromittere feci, quare peto a vobis per sententiam diffiniri quid juris est si ipsa bona possum et debeam intromittere ammodo cum usibus et fructibus et si debeam intrare in possessionem corporalem dictorum bonorum. Sententiaverunt dicti vassalli nemine discrepante quod dicta bona cum uno ex vassallis intromittere debeat qui ipsum in possessione dictorum bonorum cum usibus et fructibus mittat, dantes

dicti vassalli dicto Dño Bartholomeo d. N. nec non vassallum
subscriptum nuncium intromittendi dicta bona et ponendi ipsum
in tenutam et possessionem dictorum bonorum cum usibus et fructibus
mandando, et ut sententiam predictam executioni mandaret. —

403

1341. 27bre. Buja. Processo del Capitano di Buja nob. Ricardo di Colloredo per carcere privato.

57

A.D. MCCCXLI - ind. IX die secundo mensis Septembris. Actum ~~Buiane~~ Buia presentibus Aquino q. Gamoreti, Matiussio Marian de Cergnul, Pituto de Arba de Buja dicto Tupo omnibus de Buia et alijs.

Jacobus dictus Vaca de Buia promisit et stetit et obedire rationi coram nobili viro d. Ricardo de Colorato Capitaneo Buie usque ad proximum festum s. Andree et hoc pro certo rato unius capcionis quod cepisse debebat Floriaanum eius nepotem et eidem ligasse debebat manus post aranum et in suo carcere ~~tenuisse~~ servasse, pro quibus omnibus et singulis pro rato extiterunt Marquardinus Notarius, Nicolaus q. Gamoreti, Rodulfus q. Vidali de Bugliis omnes de Buia etc. Cum omni melioramento et

Nob. Marquardo di Gemona, nell'Archiv. della Pieve di Gemona.

Dal Vol. I Miscellanea ~~Biasutti~~ (con Biasutti).

403

1341. 10 Settembre. Cividale. Citazioni in giudizio del nob. Taddeo di Manzano uxoricida.

A. D. MCCCXLI ind. IX die lune decimo Septembris. Actum in Civitate Austrie in domo Comunis, presentibus dominis Philippo milite de Portis, Johanne eius nepote, Antonio notario, Nicolao notario eius filio, Nicolao Longo, Petro eius fratre, Iurino, Dominico notario Francisci de Civitate, Henrico notario, Iacobo parvo notario de Civitate, Federico notario q. d. Galvagni et Philippo notario de Utino testibus et aliis.

Coram d. Johanne Ribisino Castaldione Civitatis posito per laudum et sententiam loco d. Petri de Fuxo Merescalci Curie d. Patriarche in iudicio sedente, ipse d. Petrus Merescalcus proposuit quod cum nuncio domini fecerat precipere Tadeo q. d. Francisci de Manzano ultra quindecim dies ad diem hodiernam in hora termini facturo suam excusam de morte quondam domine Sophie sue uxoris cumque dictus d. Merescalcus ante horam et in hora termini suse se presentaverit et suam querelam interposuit et hora termini advenit diutius expectata, ipso Tadeo non comparente nec aliquo eius nomine petiit sententialiter diffiniri quid iuris. Super quibus querente dicto d. Johanne Ribisino tamquam posito loco ipsius d. Merescalci a circumstantibus quid iuris esset. Sententiatum fuit quod debeat dari ipsi Tadeo secundus terminus et sic dedit ipsi d. Petro Mathiussium preconem Comunis Civitatis ad precipiendum secundum terminum ipsi Tadeo die mercurii proximi ad quindecim dies.

Notajo Stefano Cancelario di Cividale. Arch. Not. Udine

A. D. MCCCXLI. die XXVI Septembris in Civitate Austrie in domo Comunis presentibus Antonio notario etc. Coram d. Johanne Ribisino Castaldione Civitatis posito per sententiam loco d. Petri de Fuxo Merescalci Curie domini nostri Patriarche etc. comparuit ipse d. Petrus dicens quod fecerat dari duos terminos rationabiles Tadeo de Manzano q. d. Francisci occasione mortis etc. et non comparente etc. sententiatum fuit quod debetur dare tercium terminum et sic commisit Mathiussio preconi ad precipiendum tercium terminum ipsi Tadeo ad instantiam ipsius d. Petri de Fuxo Merescalci. -

Id. 360

BIBLIOTECA
ARMELLINI

403

61

1342, 22 dicembre. Gemona. Processo ed assoluzione di un Fratricida.

61

Giovanni di Biagio notajo di Gemona. Arch. Not. Udine.

A. d. MCCCXLII, ind. X, die XXII mensis decembris presentibus Johanne Va=luti, Simonino Bianchini, Blasino q. Juliani Thederi, Jacobo Vicbulissi, Mer=chulino Justi, Daniele Agdeani, Andrea Vilgrandi, Ulderico Titini, Ridussio calligario testibus de Glemona et aliis.

Coram Merchulino Justi et Jacobo q. Vicbulissi Juratis Comunis et ho=minum de Glemona comparuit discretus vir D. Ulugonotus Capitaneus Gle=mone in iudicio, proposuit dicens: peto a vobis Juratis sententialiter diffi=niri si unum hominem possum ponere loco dominii nomine et occasione cuiusdam rati mortis olim Johannis Rampulini de Glemona procedere contra Dominicum Rampulini eius fratrem de Glemona. Supra quibus peti=tum et sententiatum extitit per dictos Juratos quod bene ponere poterat. Qua sententia sic lata, D. Capitaneus elegit et loco sui po=suit Nicolaum dictum Pissatinum olim Piluerni de Glemona et accepto officio per ipsum Nicolaum, dictus D. Capitaneus conquerens supra Domi=nico q. Jacobi Rampulini de Glemona dicens quod fuit et est ratatus de morte olim Johannis eius fratris et pro dicto rato sunt sibi dati tres ter=mini racionabiles et hodie est quartus terminus pro gratia, quilibet ultra XV dies per laudum et sententiam pro rato mortis dicti sui fratris, quare cum ipse Dominicus sit presens in iudicio, peto sententialiter diffiniri si ipse debeat mee peticioni negare vel confiteri, salvis omnibus meis iuribus etc. Ad que dictus Dominicus respondens dixit: Domine, salvis omnibus meis iuribus loco et tempore proponendis etc. ignoro ipsos terminos habuisse racionabiles per laudum et

sententiam et quod hodie sit quartus terminus pro gratia, quare peto sententialiter difiniri si michi fidem facere debeat de dictis terminis, qua fide facta sibi respondebo etc. Supra quibus petitum et sententiatum extitit per dictos Juratos quod dictus D. Capitaneus fidem facere debeat de dictis terminis. Ad que dictus D. Capitaneus petens sententialiter difiniri cum quo fidem facere debebat, sententiatum extitit quod cartis vel testibus et vigore dicte sententie dictus D. Capitaneus extraxit se probaturum per breviaturas mei subscripti Notarii etc. et perlectis et vulgarizatis dictis breviaturis per me Notarium etc. in iudicio tam de terminis quam de proclamacionibus factis supra foro Cremone per Sandulum preconem Comunis, per ordinem demonstravit et per quas legitime probavit prout ibidem extitit sententiatum. Qua fide facta, peciit dictus D. Capitaneus, quod iuris. Ad que dictus Dominicus respondens dixit: Domine, nego predicta fecisse et commisisse et cum sim innocens et sine culpa de hoc rato seu comissione mortis olim Johannis mei fratris, peto sententialiter difiniri, si liber esse debeam ab omni dominio et persona seu personis de dicto rato, cum paratus sim etiam meo sacramento manutenere esse et fuisse inculpabilem. Ad que dictus D. Capitaneus peciit per sententiam difiniri, cum quo probare debebat. Sententiatum extitit, cartis vel testibus et vigore dicte sententie extraxit se probaturum cum testibus, petens sufficientiam. Sententiatum extitit quod cum duobus bonis hominibus et tunc ipse D. Capitaneus nominavit quamplures testes de Cremona, per quos minime probavit...

prout extitit sententiatum. Iterato petiit dictus Dominicus sententialiter diffiniri, postquam erat innocens et sine culpa de dicto rato et dictus D. Capitaneus nichil probaverat, prout se extraxerat probaturum, si esse debebat ab omni dominio et persona vel personis perpetuo de dicto rato liber et absolutus de supradicto rato. Et querente dicto Capitaneo a supradictis Juratis, quid inde invenissent, sententiatum extitit per dictos Juratos, postquam dictus D. Capitaneus extraxit se probaturum et nichil probavit, quod usque nunc dictus Dominicus perpetuo liber et absolutus esse debeat de dicto rato mortis olim Johannis eius fratris ab omni dominio seu personis etc. et quod dictus D. Capitaneus sibi facere debeat quietationem de dicto rato etc. per se etc. Quo peracto idem D. Capitaneus pro se etc. fecit eidem Dominico etc. quietationem etc. et dederunt michi Notario verbum aptandi instrumentum predictum cum omni meliori modo etc.

Actum Glemone in foro in domo Comunis.

LIBRERIA
FRATELLI JOPPI

403

HH.

IX

62

1343, 1° genn. Fagedis. Sentenza degli astanti pronunziata innanzi Enrico di Savorgnano, in causa civile di un suo massaro.

Protocollo not. di Fagedis. Arch. not. di Udine.

A. D. 1343, ind. XI, in Fagedis in domo Comunis, primo die Janii, presentibus nobilibus militibus DD. Johanne et Girardo, Simone et Henrico de eodem loco testibus et aliis.

Coram nobili viro D. Henrico dicto Rysiz q. D. Fulcherii de Savorgnano nunc in Fagedis commorans, comparuit Dominicus massarius suus filius olim Nicolai de Buya de contrata Quelesanani, sedente ad iudicium, dicens: Domine vos fecistis hodie mihi dari terminum in Fagedis coram vobis ad peticionem Vidalis de Baya q. Venuti Machula ad respondendum sibi de hiis que volebat mihi opponere, unde offero me paratum ad respondendum sibi, quare rogo ut petatis laudum et sententiam quid iuris, cum nec ipse nec procurator nec aliqua persona pro eo comparuerit hodie, nec in presens compareat ad opponendum mihi, cum hora termini sit transacta. Et petitum per dictum D. Henricum dictum Rysiz, quid iuris, per omnes circumstantes sententiatum fuit nemine discrepante, quod dictus Dominicus non tenetur respondere supradicto Vidali sinon satisfaceret sibi de dampnis et expensis perceptis usque in hodiernum diem occasione questionis quam intendit sibi movere Vidalis supradictus. —

LIBRERIA
FRATELLI JOPPI

403

A. D. 1343 die VIII julii Utini in patriarchali palatio presentibus ven-
erabilibus D. Fr. Giberto Abbate Mosacense, Guillelmo Decano Civitatensi, nob-
ilibus D. Iohanne de Cucanea, Federico de Savorgnano et Ettorino de
Carnea militibus, Federico D. Galvani, Zanuto et Francisco notariis testibus et aliis
Rev.mus pater D. Bertrandus Patriarcha Aquilegensis ex sua auctoritate intro-
duxit ferias a presenti die usque ad totum mensem augusti, dicens quod
non intendit interim cognoscere per se nec aliquem vicarium suum
supra aliqua causa nec in aliquo procedere exceptis causis violencie
facte de novo et causis dotalibus et ex nunc ipse suspendit omnes ter-
minos et dilationes cuiuscumque condicionis existentes usque ad pri-
mam diem septembris violenciis et causis dotalibus duntaxat exceptis
asserens se facere propter ocium suum et personarum litigancium
non preiudicando tamen aliquibus actis actenus factis in iudicio, volens
omnia acta in eodem statu et omne ordine permanere quo nunc sunt.

LIBRERIA
FRATELLI

403

1343. 21 Settembre. Cividale. Il patriarca nomina il suo Vicario Generale per Cividale, Tolmino ed Antro.

A. D. MCCCXLIII. ind. XI die XXI Septembris. Actum in Civitate Austrie in palatio patriarchali. presentibus venerabili viro domino fratre Gyberto abbate Mosacensi et dominis Philippo milite de Portis et Johanne Ribis Castaldione Civitatis testibus et aliis.

Reverendus in Christo pater dd. Bertrandus dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha fecit et constituit venerabilem virum d. Guidonem decanum Ecclesie Civitatensis suum generalem Vicarium ad omnes causas et questiones inter quascumque personas que sunt et erunt in temporalibus et spiritualibus sub Castaldia Civitatis, Tulmini et Antro et partibus circumstantibus cum omni cohertione totaliter committendo vices suas donec ad se duxerit revocandas etc.

Stefano Candulusio di Cividale notajo. Arch. Not. Udine.

I 1343. 30 Novembre. Cividale ?, Matilde q. Antonio (Canalia) di Cividale rinunzia ai suoi fratelli la dote sua avuta sposando il q. Bertulo di Uttens, ricevendo per nuova dote 120 marche.

Riprodotta.

E 1343 1 Dicembre. Cividale. [illegible] Brisino di Toppo

Anno [illegible] MCCCXLIII [illegible] die ultimo Novembris, in Civitate Austria in domo infrascriptorum recipientium, presentibus Nicolao dicto Tatiro de Ossop, Jacobo q. Bernardi Fabri [illegible] notario filio meo, Johannino q. Stephani de Pretteato, Nicolao servitore Satiri testibus et aliis ad hec vocatis et rogatis

Domina Katerina filia q. Antonii de Civitate dedit cessit ac tradidit Folcho, Carsmanno et [illegible] fratribus suis omnia iura et actiones reales et personales, utiles et directas et expressas que et quas habebat et intendebat habere in prima sua dote qua dotata fuit quondam Bertulo de Uttens in pactis, morgingap, dependentiis, legatis, acquisitis modo quocumque usque presentem diem et hoc quod ipsi fratres teneantur ipsam dotare cum centum et viginti marchis etc. et ipsa iuravit non venire contra etc. Cum omni gratia renuncia etc.

LIBRERIA
FRATELLI JORRI

403

1346. 5 Gennajo. Fagagna. Sentenza dei Giurati in lite per cura di una cavalla.

A. D. MCCCXLVI. ind. XIV. die V intrante Januario In Faganea apud domum heredum q. Blasii, presentibus Mateo q. Laurentii, Ulrico filio d. Antonii, Vigelmino notario, Odorlico q. Bregne, Michelutto q. Dominici omnibus de Faganea et aliis.

Coram discreto viro d. Raymundo vicegastaldione Fagance in iudicio sedente comparuit Johannes marescalchus Muruci dicens et allegans quod Venerius [illegible] de Faganee sibi dedit unam equam infirmam aptandam et medicandam et sibi promisit et stetit de suo labore solvere et quamdiu terminum est lapsum quod predictus Venerius equa predicta accipere deberet et solvere sibi de suo labore et tociens sibi fecit assignare equam predictam et predictus Venerius eam noluit acceptare, supra quibus rogabat predictum d. Gastaldionem ut peteret nos Juratos quid inde iuris esset sententiatum extitit, quod predictus magister Johannes proferire debeat predictam equam predicto Venerio ad incantum pro suo labore et si aliquis deficeret teneat a predicto Venerio (sic) vigore sentencie accepit Nicolaum preconem Faganee ad faciendum ut sentenciatum extitit.

Not. Giovanni di Morazzo. Arch. notar. Udine.

FRATELLI JOT

403

66

1347 11 Maggio. Fagagna La Vicinanza multa Federico di Villalta per ferimento.

66

A. D. MCCC XLVII. ind. XV. die XI mensis Maii in Cortina d. Jacobi de Fagança prope tileum, presentibus Rodulfo notario de Murucio, d. Meynardo de Fagança, Odorico Bregon de Fagança et aliis. Vicinantia congregata de mandato ... ... d. Pontulo ... ... sententiatum extitit quod Fidrinus de Villalta condempnatus fuit in denariis XL pro termino ... pro sanguine quod vulneravit Marzuccam de Martignaco.

V. A. Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udine.

LIBRERIA
FRATELLI JOSSI

403

1347. 6 Luglio. Fagagna. Condanna per pascolo abusivo di alcuni di Nogaredo denunziati dai guardiani e saltari di Martignacco.

A.D. MCCCXLVII. ind. XV. die VI mensis Julii. In Faganea apud domum q. Blasuti, presentibus Benedicto q. Marinussi, Cisano, Nicolao precone omnibus de Faganea testibus et aliis.

Coram d. Pantaleono Gastaldione de Faganea in iudicio sedente constituti Enzelmus q. Ropreti, Jacobus q. Leonardi et Jacobus q. Alexi de Martignaco dixerunt quod sunt vardiani et saltarii de Martignaco et ipsi invenerunt transacto solis (sic) in ora noctis pascando XL armentarum scilicet armentum de Nogeroto in Pradis Tafarelli de Martignaco et in pratos uxoris q. Marulli et eciam Macarussi. Et cum dicto armento erat Petrus Carbonellus et filius Tioni, Pidrussius et eciam Macorus filius Pagnati de Nogeroto et certi homines de dicto loco solverunt sibi multam, alias omnia et singula per eos dicta ratificaverunt.

N.A. Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udine.

LIBRERIA
FRATELLI JOPPI

403

1352 · 16 Maggio. Fagagna. Sentenza di Giurati in processo per furto d'un cavallo.

68

A. D. MCCCLII. ind. V. die XVI mensis Maji. (Actum Faganee) in Cortina sancti Jacobi prope domum heredum q. Blasuti, in via publica, presentibus Nicolussio Contessi, Iacumucio filio Odorlici, Odorlico filio Michiluti, Zuliano barberio, Francisco tabernario, Uinico q. Givoi omnibus de Faganea testibus et aliis pluribus.

Coram Odorlico Bregne vicegastaldione Faganee in iudicio sedente pro nobili viro d. Raymundo (de Lisono) gastaldione Faganee, una cum Comono Jurato et Venerio Decano Faganee et Petrus filius Philipussi de Rodeglano et Johannes dictus Bicha de Rivotta dicentes et allegantes quod ipsi fuerant ratati unius equi mali modo accepti in strata de Rodeglano, supra quibus assignati fuerunt tres terminos racionabiles ultra quindecim dies et nemo comparuit contra ipsos et gridati fuerunt in platea. Supra quibus predictus Odorlicus petiit nisi Juratis quid inde iuris sit, sententiatum extitit quod fidem faciat de terminis. Per Odoricum q. Dominici Mose facta fide per dictum Odoricum sententiatum extitit bene probasse terminos et sententiatum extitit quod dicti Petrus et Bicha in perpetuum sint et esse debeant absolutos de dicta toleta

Vol. Giovanni di Moruzzo. Arch. Notar. Udine

A.D. 1352 ind. V. die XVI mensis Maii, in cortina S. Jacobi

LIBRERIA
FRATELLI JONE

403

1352. 18 Maggio. Fagagna. Processo per omicidio e richiesta degli imputati di un procuratore e ricordatore.

69

Carta processi Aldrici, Reynardi, Zanella, Nisti etc.

A. D. MCCCLII. ind. V. die XVIII mensis May. In contrata S. Jacobi (de Faganea) prope domum Blasuti. Presentibus d. Niculussio q. d. Meynardi de Murucio, Fradono de Bragacho superiori, Petro de Faganea q. d. Henrici, Tomasino q. Coradutii, Niculussio q. mi Henrici de Murucio, Cuchulino de Colovario testibus et aliis pluribus.

Coram Rodulfo q. d. Jacobi de Faganea in iudicio sedente loco Odorlici viegastaldionis Faganee, comparuit Odorlicus predictus dicens et alegans quod ipse habet penes se Aldricum, Reynardum, Britignutum, Jacobum q. Tomasini et Jacobum q. Vani de Murucio et Zanellam dicti loci, occasione rati seu culpe mortis Marci dicti Stara de Castelerio et intendit eos tenere penes se usque quod invenit veritatem et eos punire secundum ordinem iuris. Ad hec dicti Aldricus, Reynardus, Nistus dictus Britignutus, Jacobus q. Tomasini, Zanella et Jacobus q. Vani dicens et alegans quod habere debent procuratorem et recordatorem quod ipsi non sunt avincti in aliquo malo facto. Ad hec dictus Odorlicus dicens quod ipsi habere non debent procuratorem et supra hiis predictus Rodulfus petiit hiis Juratis quid inde iuris sit. Sentenciatum extitit quod ipsi habere debent procuratorem et recordatorem, quem ipsi non sunt convincti in aliquo malo facto. Ad hec dicti Aldricus et ceteri alii dicens et alegans quod ipsi non sunt convincti in aliquo malo facto, quod predictus d. Gastaldius (sic) dimitteret eos sub securitate adobediendum iuri. Ad hec dictus Odorlicus dicens et alegans quod intendit eos punire secundum ordinem iuris et eos non dimittere sub aliquo modo et intendit facere iustitiam. Supra quibus dictus Rodulfus petiit hiis Juratis quid inde iuris sit. Sentenciatum extitit quod predictus Odorlicus Gastaldius dimitteret sub securitate adobediendum iuri in pena ducentarum librarum veronensium parvulorum, hinc ad vincula S. Petri de Augusto. Pro parte predictorum fideiussores pro rata extiterunt Tomasinus, Simon q. Laurencii et Prigavallus pro rata et

Vot Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udine.

LIBRERIA
FRATELLI JOPPI

403

1353, 3 Aprile. Annone. Sentenza degli Abbati avanti l'Avvocato Patriarcale su chi ha diritto di comunare sulle comugne della Gastaldia della Meduna.

A. D. MCCCLIII. Ind. VI, die tertio Aprilis. In Anone sub paveiono, presentibus venerabili viro D. Michaele Dei gratia Abbate Sextense, venerabili viro D. Fratre Thomasio Dei gratia Abbate Summaquense, nobilibus viris Dominis Vicelao et Leonardo fratribus de Panigaleis, Leonardo et Brigando fratribus filiis D. Vicelai militis de la Fratina, Nicardo et Squara fratribus de la Fratina, Martino q. D. Johannis Thomasii de Meduna, Mangelspretto de Meduna et aliis.

Nobilis vir D. Hector dictus Chavalerius tamquam Advogarius loco Reverendissimi in Christo Patris et D. D. Nicolai Dei gratia Aquilegensis Patriarche, sedens in placito Avogarii consueto in Villa Anonis sub paveiono, dixit et exposuit quod plures et plures quaerimonias receperat et habuerat ab hominibus et habitatoribus Gastaldie Medune; dicentibus quod nullus commorans extra Gastaldiam Medune non debet utere neque buscare in comuneis positis in dicta Gastaldia et quod illi de Abbatia et alio dominio utebantur et non debebant uture; quapropter predictus Dominus Avogarius cupiens supra his decernere veritatem petiita Marcellino forestario de Cinto et ab aliis officialibus ibidem astantibus per eos declarari et diffiniri debere qui sunt illi qui possunt et ius habeant utendi et comunandi in comuneis Gastaldie predicte. Qui Marcellinus et Offitiales alii habito consilio, sententiaverunt, declaraverunt et diffiniverunt quod omnes et singuli habitatores et homines Gastaldie predicte possunt comunare, busckare, secare et ad ripam conducere. Alii vero qui morantur sub Abbatia vel sub alio dominio et solvunt Corjetam (?), collolasium et obediunt placito antedicto pro suo usu et domus sue possunt comunare, busckare, secare prout possunt illi de Gastaldia, salvo tamen quod non possunt ad

ripam conducere; non solventes et non obedientes non debeant uteri pro suo usu nec alio modo. Que sententia ibidem lata per eos confirmata fuit per omnes astantes dicentes et asserentes quod eo ipso quod astringebantur obedire Placito predicto ius comugnandi habebant ut dictum est et sic semper fuerat ab antiquo et prescripta consuetudo observata.

Da copia nel Vol. I Varia Documenta collecta a Presb.
Jo. Bapt. Binis Arch. Capit. Utine.

LIBRERIA
FRATELLI LOPEZ

403

1353. 4 Aprile. Fagagna. Sentenza de giurati in processo di percosse, sentenza e assoluzione [illegible]
seguita a percossa media.

A. D. MCCCLIII. ind. VI. die IV mensis Aprilis. In cortina d. Iacobi (de Faganea), pro=
pe caniparum q. Blasuti, presentibus dominis Rambaldo de Caporiaco, Federico
q. d. Henrici, Ingalperetto q. d. Rodulfi, Olvirio q. d. Antonii et Iacobo q. d. Vitimari om=
nibus de Faganea testibus et aliis.

Coram Odorlico Bregnano vicegastaldione pro nobili d. Raymondolo (de Lisono) Gastaldione Fa=
ganee, in iudicio sedente, comparuit Tramontanus q. d. Nicolai de Faganea dicens et allegans,
quod ipse fecit pacem cum Nicolao dicto Gulda et patre suo de Faganea ocasione vapulatione seu
vulneracione (sic) et ad presens predictus Gulda est liberatus. Quapropter rogo vos, d. Gastaldio,
quatenus velitis petere a vestris Iuratis, quid inde iuris sit, si medicus dicit ex suo officio de dicta
liberacione. Et petente d. Gastaldione peciit a suis iuratis quid inde iuris sit, sentenciatum
extitit quod medicus facere debet relacionem. Et ad faciendum relacionem prodexit magister
Iulianus barberius de Faganea, ex suo officio dixit quod ocasione vapulacione predicta quod pre=
dictus Nicolaus numquam non peioretur et est liberatus. Iterum dictus Tramontanus suplicans
dicto d. Gastaldioni quid inde iuris sit, sentenciatum extitit quod predictus Tramontanus in
perpetuum esse debet liber et absolutus de predictis et predicto d. Gastaldione (sic) pro se et successo=
ribus suis in perpetuum facere debet finem et remissionem et absolutus ex vigore sentencie pre=
dictus Gastaldio predictum Tramontanum tunc pronunciavit absolutum. Et iterum predictus Tramontanus
rogavit predictum d. Gastaldionem quatenus dignaretur petere per sentenciam a suis Iuratis
si securitates quod aprestavit in manibus Gastaldionis si esse debent cassis et vanis. Supra
quibus predicti Iurati retinuerunt in se sentenciam usque ad diem dominicam futuram.

Item die predicto, in domo Comunis Faganee, coram testibus predictis, prefatus Tramontanus
supra predictis suplicans dicto d. Gastaldioni quatenus dignaretur petere a suis Iuratis supra
dilacionem quod Iurati retinuerunt in se ocasione securitatis predicte, quid iuris sit, petente

dicto d. Gastaldione a suis Iuratis quid inde iuris sit, sentenciatum extitit quod securitates et obligationes factas per dictum Tramontanum in predictis esse debeant cassas et vanas et nullius valoris et ex rigore sentencie predictus Gastaldio precepit michi Notario infrascripto cancellare notam de predictis securitatibus, dando michi etc.

Not. Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udine.

LIBRERIA
FRATELLI JOPPI

403

1353. 19 Decembre. Fagagna. Sentenza di assoluzione dei Giurati di Fagagna di uno imputato di omicidio

72

A. D. MCCCLIII. ind. VI. die XIX mensis Decembris. In cortina S. Jacobi (de Faganea) in horea Gingolini, presentibus Venerio Decano, Minicoq. Antonii, Niclaoq. Tomasini, Jacoboq. Leonardi, Drietisq. Johannis, Miniciq. Johannis e Cansanij, omnibus de Faganea testibus et aliis pluribus.

Mathiussius q. Ciani de Faganea comparuit coram Odorlico Bregnani vicegastaldione Faganee sedente in iudicio pro d. Raymondolo de Lisono tunc Gastaldione Faganee dicens et allegans quod fuit sibi assignati tres termini et quartum de gratia speciali et hodie est terminus et quolibet (sic) ultra XV dies de rato et morte quod ipse ratatus fuit de morte olim Francisci dicti Mayne de Faganea et fuit facta crida in cortina S. Jacobi alta voce, si aliquis persona dicere vellet contra eum, quod ipse est paratus stare et obedire et ad rationem et dominio (sic) est paratus facere iusticiam. Petente dicto Gastaldione quid iuris sit: sententiatum extitit per Dominicum dictum a Monte et Niclaum Pitin Juratos Faganee, quod facere debet fidem de terminis. Qui produxit Franciscum dictum Godut q. Niclai de Faganea facta fuit fides de duobus terminis et (de) aliis duobus terminis facta fuit fides per Dominicum q. Gironi preconi Faganee ut sententiatum extitit quod fecit fidem ut sententiatum extitit quod de dicta morte esse debet in perpetuo absolutus etc.

Not. Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udi.

403

Nobile ingiudizio

1354. 13 marzo. Fagagna. Avanti il Gastaldo di Fagagna Nob. Nicolò della Frattina, sedente in giudizio, viene accusato Rodolfo q.d Pantaleone di Arcano, come uccisore di Adamuffio di Arcano. Gli Attanti sentenziano di chiamarlo in giudizio a stutarsi dandogli i soliti termini. Sorge uno degli Attanti che si chiama lo scusatore dell'accusato (escusator domini Rodulphi) si oppone alla sentenza, allegando che l'imputato era Nobile e Maresciallo della chiesa di Aquileja e perciò deve esser giudicato dal Maresciallo Patriarcale, si delibera di soprasedere.

Nobile Giovanni di Moruzzo

Arch. Not. di Udine

1354 3 Marzo. Fagagna. Processo per violenza contro una donna.
id. id. 30. Tregua tra le parti e penalità ai violatori.

73

A. D. MCCCLIV. ind. VII. die tercio Marcii. In cortina s. Jacobi de Faganea prope campanile ... Presentibus Federico q. d. Hendrici de Faganea, Paulo q. dicti d. Henrici, Michelo de dicto loco, Johanne de Toschano et Johanne dicto ... notario de Utino et ...

Coram magistro Petro vice capitaneo Faganee in iudicio sedente comparuit Ardivella de sancta Margareta dicens et allegans quod ipsa stabat in domo sua in die carnisprivium in nocte venit Johannem (sic) filium Utassi de sancta Margareta in ora noctis et violenter frangit ostium domus sue et ivit in lecto et invenit eam vestitam et per ipsum Johannem non remansit ... habere carnaliter et fecit rumorem et interim venit Nicolaus eius maritus venit et predictus Johannes fugavit et suplicabat predictum d. Gastaldionem quatenus dignaretur facere iusticiam de dicto Johanne. Ad hec dictus Johannes dicens quod pecit procuratorem, ad hec dicta Ardivella dicens quod ipse Johannes habere non debet procuratorem. Supra quibus dictus d. vice capitaneus pecit suis Iuratis quid inde iuris sit. Sentenciatum extitit quod predictus Johannes habere debet, cum ipse Johannes non est inventus in aliquo malo facto, quod habere debet procuratorem. Ad hec dicta Ardivella suplicans quod predictus d. vice capitaneus faciat de predicto Johanne plenariam racionem, ad hec dictus Johannes dicens et allegans quod si predicta Ardivella vult sibi dicere aliquid de predictis, nec confitendo nec negando ipse dicere debet, cum quatuor termini racionabiles, quolibet ultra XV dies. Ad hec dicta Ardivella dicens et allegans quod ipsa habere non debet terminos quod debet negari vel confiteri de predictis. Supra quibus d. vice capitaneus pecit suis Iuratis quid inde iuris sit. Sentenciatum extitit quod predictus Johannes habere debet primum secundum, tercium et quartum de gratia, quolibet ultra XV dies ex vigore sentencie ... statutum fuit terminus predicto Johanni die mercurii proximi futuri ad XV dies in Faganea inter nonam et vesperas coram predicto d. vice capitaneo sen gerente etc.

Carta Treve

Item die predicto, in cortina s. Jacobi prope campanile ... presentibus d. Federico de

I. 1354. 3 Marzo. Fagagna. Processo per violenza contro una donna
id. id. id. Tregua tra le parti e penalità ai violatori.

A. D. MCCCLIV. ind. VII. die tercio Marcii. In curtina d. Jacobi de Faganea prope campanile ... Presentibus Federico q. ... Hendrici de Faganea, Paulo q. dicti d. Hleonis, ... de dicto loco, Johanne de Trichano et Johanne dicto ... notario de Utino ...

Coram magistro Petro vice capitaneo Faganee in iudicio sedente comparuit trdivella de Sancta Margareta dicens et alegans, quod ipsa stabat in domo sua in die carnisprivium in nocte venit Johannem (sic) filium Ulussi de Sancta Margareta in ora nocte et violenter frangit ostium domus sue et ivit in lecto et invenit eam vestitam ... ipsam ... ramen non remansit ... habere carnaliter et fecit rumorem et interim venit Nicolaus eius maritus venit et predictus Johannes fugavit et suplicabat predictum d. gastaldionem quatenus dignaretur facere iusticiam de dicto Johanne. Ad hec dictus Johannes dicens quod pecit procuratorem, ad hec dicta trdivella dicens quod ipse Johannes habere non debet procuratorem. Supra quibus dictus d. vice capitaneus pecit suis Juratis quid inde iuris sit. Sentencia tum extitit quod predictus Johannes habere debet, quam ipse Johannes non est inventus in aliquo malo facto, quod habere debet procuratorem. Ad hec dicta trdivella suplicans quod predictus d. vice capitaneus faciat de predicto Johanne plenariam racionem, ad hec dictus Johannes dicens et alegans quod si predicta trdivella vult sibi dicere aliquid de predictis, nec confitendo nec negando ipse dicere debet, cum quatuor termini racionabiles, quolibet ultra XV dies. Ad hec dicta trdivella dicens et alegans quod ipse habere non debet terminos, ... debet negari vel confiteri de predictis. Supra quibus d. vice capitaneus pecit suis Juratis quid inde iuris sit. Sentencia tum extitit quod predictus Johannes habere debet primum secundum, tercium et quartum de gratia, quolibet ultra XV dies ex vigore sentencie. Statutum fuit terminus predicto Johanni die mercurii, proximi futuri ad XV dies in Faganea inter nonam et vesperas coram predicto d. vice capitaneo ... etc.

Carta Treve

Item die predicto, in curtina d. Jacobi prope campanile ..., presentibus d. Federico de

Faganea, Toinio de Brazacho superiori, Ucillo et Burato q. Henrici Contessi omnibus de Vilalta et aliis.

Johannes [illegible] Uuffi ex parte una et Nicolaus filius Bugati de sancta Margareta ex altera fecerunt per se et eorum amicos et propinquos trevas uni altero hinc ad festum [illegible] Gorgii per totum diem, sub pena L libras veronensium parvalorum aut pedem vel manum e quo domino se tenere voluerunt et ad hoc obligaverunt omnia eorum bona mobilia et imobilia presentia et futura et per manum et fidem et nomine sacramenti.

LIBRERIA
FRATELLI JOPPI

403

1454. 8 Marzo Fagagna. Dai Giurati di Fagagna è multato un imputato di stupro, che è stato, non compare in giudizio.

A. D. MCCCCLIV. ind. VII. die mercurii XVIII mensis Marcii. In cortina s. Jacobi de Faganea prope domum Blasutti, presentibus Federico q. d. Henrici, Michilutto, Minico q. Antonii, Minico pelleone omnibus de Faganea testibus et aliis pluribus.

Coram Venerio decano per sentenciam in iudicio sedente loco m.ri Petri vice capitanei Faganee, sentenciatum extitit, quod Rudolfius Scot de Castilerio ocasione unius sforcii per ipsum facti filie Marchesi de Castilerio super strata et assignatus fuit sibi terminus ~~[illegible]~~ comparuit et facta fide de termino, sentenciatum extitit per Juratos Faganee et condempnatus fuit in denariis XL a dicto vice capitaneo per contumacionem termini quod non comparuit.

Not. Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udi..

LIBRERIA
FRATELLI [illegible]

403

1354. 17 Marzo Fagagna. Il Vicecapitano [illegible] con [illegible] Rodolfo di Tricano [illegible], Vidale [illegible] dalla Chiesa d'Aquileja. 75

A. D. MCCCLIV. ind. VII. Die XVII mensis Marcii. In cortina S. Jacobi (de Faganea) prope domum [illegible], presentibus d. Bernardo de Caminyacho, Rodulfo q. d. Jacobi, [illegible] q. d. Federici, [illegible] et [illegible] eius filio, [illegible] decano, Venuti pellipario omnibus habitantibus Faganee [illegible] et aliis pluribus.

Magister Petrus vicecapitaneus pro nobili viro d. Nicolao de la Fratina Gastaldione Faganee comparuit coram Vidallo de Faganea in iudicio sedente per sentenciam predicti d. Nicolao, dicens et allegans quod conquestus fuit sibi, quod Rodulfus filius d. Pantaleonis de Tricano interfecit Adamussium de Tricano supra stratam et ipse d. vicecapitaneus ex officio suo assignare fecit terminos quatuor ultra XV dies pro quolibet, et fuit facta crida alta voce coram ponte de Tricano, quod predictus d. Rodulfus comparere deberet in Faganea coram dicto d. Capitaneo ad comparendum et suam excusacionem faciendam de dicto rato et morte olim Adamussii predicti, quod erat paratus facere iusticiam et proclamati essent (sic) in dictis terminis et ipse nec aliquis pro eo non comparuit, quid inde iuris sit et predictus d. Guidutius petiit suis Juratis quid inde iuris sit. Sentenciatum extitit per Nicolaum Pitinum et Johannem Juratos quod predictus vicecapitaneus facere debet fidem de terminis et cridis supra medictis. Ad faciendum fidem de primo termino produxit Odorlicus Torta nuncius curie patriarchalis; ad faciendum fidem de tribus terminis, produxit Ninius preco Faganee. Supra quibus sentenciatum extitit quod predictus d. vicecapitaneus bene probasse terminos et cridas, ut superius est alegatum per ipsum et suplicabat idem vicecapitaneus eidem Guidutio quatenus dignaretur petere suis Juratis, quid inde iuris sit. Ad hec Aquinus de Buia se dicens esse ascusatorem (sic pro excusatorem) dicti Rodulfi, dicens et alegans quod ipse Rodulfus est nobilis et mereschalcus aquilegensis, quod dominium Faganee non habet ius ad procedendum et sentenciandum contra predictum Rodulfum; quod si aliqua persona vult dicere

et opponere contra dictum Rodulfum, debet conquirere coram marescalco domini pa-
triarche, non coram dominio Faganee. Supra quibus dictus Guidulus petiit ness Ju-
ratos, quid inde iuris sit: sentenciatum extitit quod ipsi Jurati accipiant dilatio-
nem ad diem dominicam proximam futuram inter nonam et vesperas.

... Giovanni di Moruzzo. Arch. Notar. Udine.

a. D. MCCCLIV. ind. VII. die penultimo mensis Marcii. In cortina s. Jacobi prope domum
heredum q. Blasuti presentibus dd. Galacio de Cavoriacho, Bernardo dicto Cosi, Federico
q. d. Henrici, Concino decano, Ugolinino filio d. Fraschi omnibus de Faganea et alliis.
Magister Petrus de Utino Capitaneus nobilis viri d. Nicolai de la Frattina Gastaldionis Faganee
dicens et allegans coram d. Nicolao de Faganea sedente per sentenciam loco dicti mi. Petri
dicens et allegans ex officio suo et Nicolaus Peroldi de Trichano de vato quod d. Rodulfus
(manca il rimanente, nè più si parla negli atti del dotto Notajo Giovanni, di questo
Processo).

W. W. -

LIBRERIA
FRATELLI JOVENE

403

A 6

76 1354. 15 Maggio. Fagagna. Testimonianza di un teste in un giudizio dato dal Maresciallo patriarcale per un ferimento in rissa avvenuto nella guerra sotto Manzano nel 1345 o 1346.

A. D. MCCCLIV. ind. VII. die xv mensis Maij. In curtina s. Jacobi de Faganea, prope domum heredum q. Blasuti, presentibus Venerio decano, Vinuto q. Conteglii, Guidutio et Cisano q. Martini omnibus de Faganea testibus et aliis pluribus.

Prizavallus q. d. Bartolomei de Trichano testis productus ad peticionem Stephani q. Romani de Noyareto de Canali Guarti Carnee, coram provido viro m.° Petro vicecapitaneo sedente in iudicio pro nobili d. Vicelao de la Fratina milite et Gastaldione Faganee; qui Prizavallus suo sacramento dixit testis productus super eo quod scire debet supra vulnere racione quod Franciscus de Canali de Guart fuit vulneratus in et supra caput in tempore werre quod hostis Ecclesie erat in Manzano fuit per sentenciam deliberatus coram d. Nicolussio de Murucio tunc mereschalco Ecclesie Aquilegensis, qui Prizavallus suo sacramento dixit quod Stephanus et Franciscus fecerunt rumorem inter se et ipse Stephanus erat vulneratus in manu et dictus Franciscus in capite suo et familia d. Nicolussii tamquam mereschalci captivaverunt ipsos et tenuerunt eos pluribus diebus in carceribus suis et fuerunt medicati per magistros Gasparinum et Nicolaum de Civitate Belluni et coram dicto d. Nicolussio dicti medici dederunt dictum Franciscum de dicto vulnere ex liberatum et predictus Stephanus per sentenciam obtinuit esse solutum pro dicto vulnere, et hoc fuit circha octo vel novem annos, de mense Maij vel Junii, tantum vel minus et fuit subtus Utinum...... in Manzano.

N. A. Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udine.

LIBRERIA
FRATELLI JOPPI

403

... Rinuncia Prib. Savorgnano. Condizioni ... per un omicidio.

77

Gabriele fu Bartolotto not. di Faedis Arch. not. Udine

Anno 1354, ind. 7, die 8 iunii, in territorio fornacis de Blatta prope Savorgnanum presentibus DD. Federico de Savorgnano q. D. Jacobi, Conoldt Fancing q. D. Michelis de Partistagno, Natignerra filio D. Rizzi de Fagedis ete testibus et aliis pluribus. Thomas q. Pichigne de Zumpichia et Mancinus de Fagedis frater dicti Pichigne per se suisque heredes et omnium de sua parte fecerunt perpetuam pacem Johanni filio Odorlici Zettanin, Henrico et Syurido q. Michael, Paulo et Stephano fratribus q. Marcucii de Ugredis de morte supradicti Pichigne et quietationem perpetuam nunc et in perpetuum. Et supradicti Odorlicus q. Zettani, Nicolaum et Franciscum fratres q. Michael Stephanum q. Marcucii per se et omnes de eorum parte excepto Johanne q. Francisci de Ugredis tamquam generalis culpator fecerunt similiter perpetuam pacem et veram concordiam dictis Thomasio et Mancino occasione dicte mortis et hoc pro remedio anime dicti Pichigne, tali pacto et condicione videlicet quod omnes supradicti Odorlicus, Nicolaus, Franciscus et Candidus teneantur emere redditus duorum Mariam frumenti quorum unum cedat vicario eccl. S. Marie de Fagedis cuius medietas sibi cedat integraliter, alia medietas teneantur expendere in missis et vigiliis inter se et socios suos de Fagedis, alterius cedat integre eccl. S. Leonardi de Zumpichia ad luminariam et hoc iure proprii in perpetuum a die presentis contractus hinc ad tres annos ita quod si in predicto termine non fuerit persolutum infrascripti fideiussores teneantur solvere de eorum proprio et interim teneantur solvere dicta duo Maria frumenti supradictis Capellano et Ecclesie de suis propriis

cassis sub pena 50 libr. penam Fideiussores Mathius Scotte pro parte Ibranis supradicti; pro parte Mauricii et Sigaridi Briada de Syacho pro parte Pauli et Stephani fratrum Candidusq. Marcus fideiussores extiterunt.

LIBRERIA
FRATELLI JORDI

403

1364. 10 Giugno. Fagagna. Processo innanzi al Gastaldo e Giurati per misura falsa in Fagagna.

78

A. D. MCCCLXIV. ind. VII. die x mensis Iunii. In cortina s. Iacobi de Faganea prope domum heredum olim Blasuti. Presentibus dominis Iohanne de Bragda, Federico q. d. Henrici, Vencio decano, Iohanne Tavano et Odorlico eius filio et Laurentio dicto Topulo omnibus de Faganea testibus et aliis pluribus.

Discretus magister Petrus viceg^astaldio pro nobili viro d. Nicolao de la Turtina milite et Gastaldione Faganee in iudicio sedente una cum Nicolao dicto Potini et Dominico dicto Comono Iuratis Faganee, dicens et alegans, quod Odorlicus Bregnani cont. vicegastaldio Faganee et m.r Michael de Faganea tamquam Camerarius comunis Faganee ex eorum officio iverunt in domo Francisci dicti Zuti et in domo Avancii de Faganea et acceperunt omnes mensuras et tenuerunt eas penes se ad inquirendum veritatem si mensure, scilicet staderia, libra olei et pessinale si erant iuste vel iniuste, et in aliis locis in Faganea et postmodum ipse Franciscus et Avancius pecierunt mensuras dicto vicegastaldioni et Odorlicus dixit, quod Camerarius habebat mensuras predictas et nihilominus ipse vicegastaldio misit Minicum Giron de Faganea ad Michilutum predictum quod sibi portare deberet mensuras et ipse Minicus ivit ad domum ipsius Michiluti occasione predicta et Zutus filius Michiluti portavit unam staderiam quod (que) erat minus pondere iusto et ipse Odorlicus una cum familia ipsius Michiluti et eciam Decanus et Odorlicus filius ipsius Michiluti fuerunt mediatores inter ipsos Franciscum et Avancium et Odorlicum et concordaverunt quod predicti Franciscus et Avancius dare deberent dicto vicegastaldioni et Michiluto denarios XII quilibet eorum pro rata et ibi ipsa staderia dederunt dictis Francisco et Avancio mandantes eis quod ipsi vendere deberent ad pondus ipsius staderie usque quod ipsi peterent ipsam staderiam Et post hec ipse ipse m.r Michael recepit pro ipso concordio ab ipsis vel ab aliquo ipsorum predictos XX denarios aut XVI et nichilominus ipsa staderia est inventa falsa et minus pondere, dico quod ipse m.r Michael tamquam Camerarius non debet tenere in domo sua staderia falsa (ne) et sentire ad familiam suam quod mensure dederunt per iustas quando sunt iniuste.

et recipere precium, quod ipse m.r Michael debebat in perpetuo de dicta Camera in bannum et emendare debet cuilibet persone que emerit et solvere bannum curie et nichilominus atitare (?) assignare fecit terminum dicto Michiluto ad hodiernam diem, quod fuisset ad audiendum probaciones suas supra predictis si negare vellet et nichilominus feci per sententiam immediate mandari Decano et Francisco et Avancio, quod ipsi deberent hodie in iudicio dicere veritatem supra predictis sub pena denar. xl. Iterum dico quod hora termini quasi transire videtur, quod ipse Michilutus nec aliquis pro eo, peto vos domine Decane ut petatis a vestris Iuratis, quid inde iuris sit. Petrus[1] sententiatum extitit per Iuratos, quod predictus d. Petrus facere debet fidem de termino assignato dicto Michiluto, prout ibi facta fuit fides per Topulum preconem prout sententiatum extitit quod ipse d. Gastaldius (sic) facere debet fidem de racione illius Staderie predicte, qui ipse d. Petrus produxit Avancio et Francisco et nominavit quamplures alios scilicet Odorlicum Bregna, Guarnerium, Odorlicum et Zutum, quod ibi dato sacramento per me Notarium subscriptum a dictis Avancio et Francisco ad dicendam veritatem et tacere mendacium et articuli per ipsum Gastaldionem, supra quibus Franciscus

suo sacramento dixit quod Odorlicus Bregnan tamquam megastaldio (?) et Michilutus tamquam Camerarius Faganee acceperunt Staderiam et mensuras sibi et personale Avancio dixerunt quod volebant providere et mensurare eas si erant iuste vel iniuste et postmodum Venerius Decanus et Cintilinus recordaverunt et tractaverunt quod Avancius et ipse Franciscus dare deberent predictas mensuras a dictis Odorlico et Michiluto den. xx pro qualibet et ibi instat predictus Odorlicus, Venerius et Cintilinus miserunt ad Michilutum scilicet Minicum Giron quod portare deberet Staderiam et mensuras et ipse Minicus ivit pro Michiluto et Zutus filius Michiluti venit cum dicto Minico et portavit unam Staderiam et ipsi dederunt dictam Staderiam dicto Avancio et Francisco et mandaverunt eis quod vendere deberent cum dicta Staderia usque quod eis peciaretur (?) et post hoc predictus Michael

1) Sopra questa parola è scritto Nicolae

recepit partem suam scilicet XVI denarios et ipse Odorlicus denarios XX. Item
cum suo iuramento, quod Odorlicus tanquam viceg[a]staldio et Michilutus tanquam Camerarius
Comuni Fagagne iverunt in domo sua et Francisci et accipere fecerunt mensuras olei,
vini et pistorie causa inveniendi si mensure erant iuste vel iniuste. Et post hoc
veremus denarios et cintilinus tentaverunt cum Odorlico predicto, quod eis dare debebant
dicto Odorlico et Michiluto den. XX pro quolibet et ibi Odorlicus et Cintilinus miserunt
Minicum Geroni ad domum Michaelis, quod venire deberet ab eis et portare mensuras, et
ipse Minicus ivit in domo Michiluti et Zutus venit cum dicto Minico et portavit unam
staderiam, que staderia dederunt dictis Arnaio et Francisco mandantes eis quod cum
ipsa staderia ipsi vendere deberent donec quod per ipsos requisita (sic) et post
predictus Michilutus recepit pro predictis ab eis den. XVI vel XX. Iterato predictus
m.r Petrus dixit alegans: domine Gastaldione, petatis a vestris Juratis si ego bene
probassem meam intencionem supra predicta et si predictus m.r Michael esse
debet in perpetuo adnichilatus de dicta camera et satisfacere cuilibet persone
quod emit ab eis ad pondus ipsius staderie et bannum curie tanquam falsarius
quod tenere non debet staderias falsas in domo sua et investire ad familiam suam
ad dampnificacionem utilitatis et recipiendi parciam de predictis supra
quibus alegacionibus predictus d. Nicolaus petensa suis Juratis quid inde iuris sit,
sentenciatum extitit per Juratos quod predictus d. Petrus bene probasse intencionem
suam et nichilominus quod de ofensa et pene (sic) ipsius staderie acceperunt dilacionem
usque ad diem dominicam proxime futuram et ibi predictus m.r Petrus accepit Tosulum preconem Fagagne per nuncium ad mandandum ipsi Michiluto quod
esse deberet in dicto die ad audiendam sentenciam quod Jurati retinuerunt in se.

Nota Non si vede l'esito di questo Processo

Arch. Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udine.

BIBLIOTECA
AMARELLI JOPPI

403

1355. 5 Luglio. S. Margherita. Sentenza di assoluzione per stupro nella discolpa fatta dalla donna.

77

A. D. MCCCLV. ind. VIII. die V mensis Julii. In sancta Margarita prope canipam Blanculini, presentibus d. Johanne de Bragacho inferiori, Candido filio d. Nicolai de Bragacho superiori, Rodulfo filio d. Jacobi de Faganea, Rodulfo notario de Moruzio testibus et aliis, licentibus.

In iudicio sedente d. Federico de Faganea Gastaldione Faganee, comparuit Tionus procurator Pelegrini filii Salissi de Martignaco, dicens quod ipse Pelegrinus accusatus fuit indebite quod Viruta filia Bucilli de Martignaco violabit et carnaliter habuit eam. Ibidem dicta Viruta dixit et disculpavit predictum Pelegrinum quod ipse non sforzavit eam et non fecit sibi dispiacium (sic) et sententiatum extitit quod predictus Pelegrinus esse sine culpa de dicta infamia.

Not. Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udine.

LIBRERIA
FRATELLI JOVENE

403

1355. 6 settembre Fagagna Sentenza dei Giurati di condanna per ferimento.

80

A. D. MCCCLV die VI mensis Setembris. In Cortina S. Jacobi de Faganea, presentibus domi-
nis Nicolao q. d. Manfredi de Castelerio, Johanne de Bragacho, Mattiussio et Odorlico Bregne
de Faganea, Johanne de Trichano testibus et aliis.

Ciniluttius de Lazacho dicens et allegans quod Valentinus de Castelerio percussit in san-
guine adhuc o adeo dictus Valentinus (sic) quod bene percussit in culpa dicti Ciniluttii, et sentenciatum
extitit et taxatum fuit per Juratos Fagannee quod dictus Valentinus teneretur dare dicto
Ciniluttio pro expensis denarios XL et satisfacione medici den. XXX.

Vd Giovanni di Moruzzo Arch. notar. Udine

A. D. MCCC LV. ind. VIII. Die VI mensis Octobris

LIBRERIA
FRATELLI JOPPI

403

1355. 11 Settembre Fagagna. Sentenza sospensiva dei Giurati per un omicidio.

81

A. D. MCCCLV ind. VIII die veneris undecimo mensis Setembris. In castro Faganee prope portam presentibus dominis Nicolussio q. d. Asquini de Coloreto, Ingalpreto de Pignano, Philippo q. d. Federici de Villalta, Guidutto q. d. Rodulfi, Odorlico Bregne, Federico filio d. Meynardi, Ulvino q. d. Antonii, Meynardo filio d. Finotti omnibus de Faganea, Prizavallo q. d. Bartolomei de Tricharo, Simone q. Laurencii et Aldrico q. Nicolai omnibus habitatoribus Murucii testibus et aliis pluribus.

Comparuit Nicolaus q. Ninelle de Pinzano coram d. Federico Gastaldione Faganee in iudicio sedente, dicens et allegans quod Nicolussius servitor d. Nicolussii de Coloreto interfecit Ninellum patrem eius, ut rogabat predictum d. Gastaldionem ut faciat plenum ius et si predictus Nicolussius negare vellet, ipse est paratus est dicere (sic). Ad hec dictus Nicolussius dicens et allegans quod ipse non est inventus in aliquo maleficio, quod ipse debet habere loculatorem (sic) et recordatorem ut alias fuit datum sub securitate ad hodiernam diem se presentandi in teriori castro Faganee (sic) ad producendum in iure; ad hec dictus Nicolaus dicens quod ipse non debet habere recordatorem nec proculatorem (sic) occasione mortis olim patris sui ut sentenciatum extitit per Iuratos Gastaldionis Faganee; quod predictus Nicolussius quum non est repertus in aliquo male facto, ipse habere debet loculatorem et recordatorem. Ad hec dictus Nicolussius dicens et allegans quod ipse negando nec confitendo ipse debet habere primum, secundum, tercium et quartum terminum rationabilem quorum quilibet ultra XV dies, faciendo securitatem ad obediendum iuri. Supra quibus predictus Nicolaus dicens et allegans ipse Nicolussius non debet habere terminum nisi ipse debet negari vel confiteri. Supra quibus predictus d. Gastaldius petiit suis Iuratis quid inde iuris sit et predicti Jurati de predictis, ipsi Jurati in se retinuerunt sentenciam in se usque ad diem dominicum proximam proximam futurum infra nonam et vesperas.

Item die predicto et loco et testibus predictis. Nicolaus de Pinzano dicens et allegans quod Nicolussius predictus furavit unam equam et duas mapulas et alias res in hora noctis (sic), ad hec Nicolussius dicens et allegans quod ipse non negando nec confitendo petiit de termino, dixit quod fuit in tempore treve. Ad hec dictus Nicolussius dicens et allegans quod ipse debet habere terminum rationabilem ad faciendo securitatem ad obediendum iuri; nichilominus predictus Nicolaus faciendo bonam securitatem in predictis ad manutenendum reclamum predictum, quod predicta tolleta si dici potest est fractionem treve (sic), non furtus. Ad hec dictus Gastaldio petiit mihi iuratis quid inde iuris sit; sententiatum extitit quod predictus Nicolussius stare et remanere debet penes dominium et predictus Nicolaus facere debet securitatem ad manutenendum reclamum predictum, ut predictus d. Gastaldio fuit contentus habere securitatem in pena ducentarum librarum ab ipso Nicolao

Vol. Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udine.

FRATELLI JOVENE

403

1355. 29 Decembre (stile comune). Fagagna. Perdono dato da Nicolò di Fagagna a chi l'aveva ferito e discolpa di altri.

82

A. D. MCCCLVI. ind. nona die III exeunte Decembri. In Fagauea in domo Meynardi de la Peraria; presentibus presbitero Philippo Vicario de Fagauea, Guidulloq. d. Rodulfi, Odorlico filio olim presbiteri Climentis, Meynardo de la Peraria, Federicoq Michaelis, Nicolussio filio Pedrussii, Odorlico q. Petri omnibus de Fagauea testibus et aliis pluribus.

Nicolaus filius ipsius Meynardi dixit per suam fidem et per mortem quod mori debebat, quod omnes vulnerationes et percussiones quod ipse habebat in persona sua, quod inculpabat Blasiussium de Fagauea et per ipsum Blasiussium fuit percussus et dampnificatus in persona sua de omnibus vulneribus et disculpabat omnes [illegible] que [illegible] erant, quod de predictis vulneribus non habebant nec habeant culpam excepto dicto Blasiussio, sed tam parcit dicto Blasiussio pro remedio anime sue.

Not. Giovanni di Moruzzo. [illegible]

1356. 17 Gennajo Fagagna. I Giurati di Fagagna assolvono [illegible] Blasussio di Fagagna [illegible] Minardo da lui ferito.

A. D. MCCCLVI. ind. IX. die XVIII mensis Januarii. In contrata S. Jacobi de Fagauea prope canipam heredum q. Blasutti. Presentibus Rodulfo q. Jacobi, Leonardo filio d. Meynardi, Nicolussio q. d. Turci, Sancto q. d. Johannis omnibus de Fagauea et Michaele et aliis pluribus.

Constitutus in iudicio coram Venerio Decano domini Patriarche Aquilegensis una cum Dominico Carmano et Venerio [illegible] Juratis Fagauee sedente in iudicio [illegible] provido viro d. Paulino de Civitate notario domini nostri Patriarche et Gastaldionis Fagauee, dicens quod Blasussius q. d. Nicolussii de Fagauea, quod ipse culpatus fuit de vulneratione Nicolai filii Meynardi de quo vulnere seu vulneribus [illegible] Nicolaus est liberatus, quapropter supplicabat predictum d. Gastaldionem quatenus dignaretur petere Juratis si audire debet relationem medici. Supra quibus petente dicto

Gaitaldone sus Juratis qui inde iuris, sententiatum extitit quod audire, scilicet, relationem medici. Supra quibus productus fuit Zulianus barberius de Fagana, ex officio suo dixit quod ipsemet curavit predictum Nicolaum quod de omnibus vulneribus persone ipsius Nicolai sunt afanati et liberati (sic) et unquam predictus Nicolaus perire non debet de dictis vulneribus supra quibus sententiatum extitit quod predictus Blaxillus in ... esse debet absolutus de dictis vulneribus

V. A. Giovanni di Fagagna. Arch. notar. Udine.

TIPOGRAFIA
FRATELLI JOPPI

403

f 3 - 88

1356. 9 Giugno Nel castello vecchio di Villalta. compromesso in arbitro per comporre le differenze tra alcuni di S. Vito di Fagagna per due omicidj.

83-88

A. D. MCCCLVI. ind. IX. die IX mensis Junii. In Castro veteri de Villalta prope portam d. Mey=nardi. presentibus presbitero Johanne vicario de S. Margareta, dominus Federico q. d. Henrici de Fagana, Fradino de Bragache (?) in Villalta habitante, Nusso Decano de Villalta, Venerio de S. Vito et Paulusso filio Tomasini de S. Vito testibus et alliis pluribus.

Dressus (?) Gallus, Benedictus fratres filii Venerii de S. Vito predicto et Bertolossus et dominicus q. Ni=colai de S. Vito predicto ex parte una et Niger, Morassius et Vidussius fratres q. Dominici et Bertulus q. Vidussii de dicto S. Vito ex altera parte; de omni lite et questione que vertere=tur seu verti posset inter eos nomine et occasione mortuorum olim Lazari et Johannis de S. Vito et occasione quocumque; in presentia dictorum testium et mei Notarii infrascripti dicte partes in hunc modum inter se concordes fuerunt, videlicet quod libere in nobilem virum d. Meynardum de Villalta tamquam arbitrum arbitratorem et amicabilem compositorem, ita quod possit dicere, arbitrare, sententiare, pronunciare, declarare inter ipsas partes et facere pacem, tractare concordium, pelegrinacios, confinos, penis pro=nunciaciones (sic), obligationes occasione mortis olim predictorum Lazari et Johannis, quibus predicte partes possint stare inter se secure et bona voluntate et generaliter fa=cere, dicere, ordinare omnia et singula promiserunt que ipsi d. Meynardo arbitro cum con=silio Johannis de Plasencia decani et Bertulussii de Tomba visa fuerint expedire et que inter ipsas partes duxerit ordinandam ubicumque et qualitercumque et quomodocumque, promittentes dicte partes corporaliter iurando ad sancta Dei evangelia tactis scripturis, per se et amicos, propinquos et heredes, cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et im=mobilium etc ratum, gratum et firmum tenere, complere et observare quidquid per dictum d. Meynardum arbitrum diffinitum, pronunciatum etc extiterit in predictis et quolibet pre=dictorum in pena XX marcharum denar. aquilegensis monete solemni stipulacione promissa, medietas

pene reddat ipso arbitro, alia vero medietas parti observanti per eam que infringendam duxerit persolvatur; qua soluta vel non etc. Ceterum etiam promiserunt dicte partes a sententia ferenda, concordium et compositionem per dictum arbitrum non appellare nec redire ad arbitrium boni viri, cui siquidem appellacioni et reduccioni ibidem expresse renunciaverunt; quibus omnibus attendendis dicte partes obligaverunt omnia eorum bona etc. Et in presencia dictorum testium et mei Notarii infrascripti dicte partes ibi presentes et de plano animo et concordio et prefatus d. Maynardus omnia et singula infrascripta inter dictas partes tractavit, mandavit et ordinavit partibus predictis perpetuo observare. Quia Petrus Jaltus, Benedictus et Dominicus filii Venerii de S. Vito et Bertulussius et Dominicus q. Nicolai de S. Vito ~~culpabiles esse~~ culparentur et culpabiles dicerentur de morte dicti Lazaro de S. Vito occiso, volentes misericordiam etc. (manca il rimanente che non fu scritto dallo stesso Notaio)

1356 - 9 Giugno. Castello vecchio di Villalta. Patti della pace per l'omicidio di Lazzaro di S. Vito di Fagagna.

84

In Christi nomine amen. Anno domini MCCCLVI. ind. IX. die nono mensis Junii. In castro veteri de Villalta Presentibus dominis Meynardo q. d. Hendrussij de Villalta, Federico q. d. Henrici de Fagagna, Fradino de Brazacho superiori, Mussio decano, Venlloy filio Marci Cortesio omnibus habitantibus in Villalta et Paulussio filio Tomasini de S. Vito testibus et aliis pluribus ad hec vocatis et rogatis.

cum Petrus, Gallus, Benedictus et Dominicus filii Venerii de S. Vito et Bertolussius et Dominicus q. Nicolai dicti loci suspicarentur et culpabiles dicerentur de morte olim Lazarini de S. Vito predicto de sub Fagagna, timentes Dei iudicium intuitu Dei et beate virginis Marie matris eius et pro remedio animarum suarum et maxime anime peccatorum q. Lazari predicti, volentes misericordiam Dei acquirere, flexis genibus coram Nigro, Morassio et Vidussio q. Dominici et Bertullo q. Vidussii et Passussio de S. Vito predicto fratribus et propinquis ipsius olim Lazari, humiliter et instanter supplicaverunt ut eosdem de dicta morte q. Lazari excusatos habere vellent et parcere deberent cum predicti gravem penam et penitenciam parati erant et portare et in bonis et personis ad eorum beneplacitum voluntatis quamvis de ipsa morte dicti q. Lazari insontes et sine culpa fuissent. Qui quidem Niger, Morassius et Vidussius et Bertulus ac Passussius propriis nominibus ac nomine et vice Tomasine matris quondam dicti olim Lazari ~~et~~ eciam Lucie sororis ipsius olim Lazari, pro quibus promiserunt de rati habicione, videlicet se facturos et curaturos omni exceptione remota, quod dicte Tomasina et Lucia habebunt firmam ratam infrascriptam pacem et concordiam et omnia et singula in hoc instrumento contenta et non contrafacient vel contravenient per se vel alium, obligantes se et eorum bona presencia et futura. Et Niger, Morassius, Vidussius et Bertulus ac Passussius prelibati videntes contricionem dictorum Petri, Galli, Benedicti, Dominici ac omnium predictorum, cum consilio predicti d. Meynardi testis predicti et cum consilio Johannis decani de Plasencia ibi presencium, ad talem pactum, concordiam ac composicionem cum eisdem pervenerunt, videlicet quod dicti

Vigay, Morassiy fratry q. dicti Lazari ex Vidussiy ac Bortoly et Passussiy pro se ipsiy ac nomine et vice dictarum Tomasine et Lucie et supradicti Vigay, Morassiy, Bortoly, Vidussiy, Passussiy omney per se ipsos et omnes q. Lazari propinquos, benevolos, amicos et heredes suos fecerunt dicty Petro, Gallo, Benedicto, Bertullo, Domenico et Dominico perpetuam pacem, finem, quietationem, liberationem, absolucionem, pactum de ulteriys non petendo, non molestando vel inquietando ipsos Petrum, Gallum, Benedictum, Dominicum et Dominicum vel aliquem ipsorum nec alios dominio contra eos in curia coram aliquem conparendo vel faciendo conqueri de morte et occisione mortuy olim dicti olim Lazari et omnium dependencium ex premissiy vel aliquo premissorum. Aliys quidem pactiy habitiy et affirmatiy inter eos, quod dicty Petrus, Gallus, Benedictus, Dominicus et Bertolossiy ac Dominicus fecerunt prout promiserunt quod predictus Petrus pro remedio anime ipsius olim Lazari, omnibus suis expensis in quo teneatur et debeat visitorum Petri et Pauli de Roma limina visitare usque ad festum S. Martini proxime futurum et facere celebrare quatuor missas cum vigiliy pro anima ipsius olim Lazari quarum quilibet presbiter habeat denarios quatuor et dicto die dare et dispensare inter pauperes Christi pro anima ipsius olim Lazari in alimosina (sic) Maria frumenti unum et dimidium et Maria fabe unum. Item quod Gallus predictus teneatur et debeat dare pro anima ipsius olim Lazari in manibus Camerarij Ecclesie S. Viti predicti unam marcham denariorum, qui Camerarius teneatur tenere tantam quantitatem reditus quod in perpetuo teneatur facere anniversarium olim Lazari cum uno sacerdote, qui presbiter habeat annuatim pro anniversario predicto den. quatuor. Item quod Passussius et Bortolus q. presbiteri Passi de dicto S. Vito pro remedio olim Lazari infra annum et diem in omnibus suis expensis teneatur ire ad Romam et ad beatorum Petri et Pauli limina visitare et dare in manibus dicti Camerarij Ecclesie S. Viti unam marcham denariorum, qui Camerarius teneatur tenere et facere anniversarium olim dicti Lazari cum uno presbitero secundum modum et formam

ut supra premissum est. Item quod Benedictus predictus dare teneatur et debeat in manibus camerarij antedicti starium frumenti unum et dimidium, starium fabe unum, qui camerarius teneatur et debeat dari et dispensare inter pauperes Christi pro anima ipsius q. Lazari et hoc in die s. Michaelis proxime futuro et eo die facere celebrare pro anima ipsius olim Lazari quatuor missas cum vigiliis, quarum quilibet presbiter habeat den. quatuor. Item quod Bertolinus et Dominicus predicti dare et dispensare in alimosina et in missis pro anima ipsius olim Lazari usque ad nativitatem Domini teneantur et debeant secundum modum quod Benedictus prelibatus ut supra. Item quod Petrus predictus transire non debet viam versus montes usque ad summitatem Ville predicte et in ecclesia s. Viti ire non debet ad missas usque ad quinque annos proxime futuros et completos, excepto quod dictus Petrus possit ire in Ecclesia s. Viti in nativitate Domini, in Venere sancto, in resurrectione Domini et in circumcisione Domini et in Epiphania Domini et in necessitate causa mortis alicuius sui propinqui. Item quod predicti Gallus

Petrus, Dominicus et Benedictus honorare debent in tabernis, in viis et aliis locis predictos Nigerum etc. Item prefati Gallus,

Benedictus, Bertolinus, Dominicus, Petrus, Dominicus per Villam nec districtum Ville s. Viti ferre non debeant cutellum nec aliqua alia arma mortalia excepto si aliquis ipsorum iret extra Villam possit portare armas et statim post reversionem suam omnia arma deponant ad domum suam et hoc usque ad quinque annos proxime futuros et completos. Que omnia et singula sic promiserunt attendere et observare obligantes omnia eorum bona. Supradicti vero Niger, Morassius, Vidussius et Bertolus per se et eorum amicos et dicti q. Lazari propinquos et amicos ac supradicti Petrus, Gallus, Benedictus, Bertolinus, Dominicus et Dominicus ad sancta Dei evangelia tactis scripturis habere, tenere atque perpetualiter observare et bonam et veram et puram pacem et concordiam, quam siquidem pacem, concordiam et bonam voluntatem promiserunt ac securaverunt in manibus prefati d. Meynardi perpetuo ratam firmam habere, tenere nec unquam contradicere, facere vel venire

ratione aliqua, dolo, ingenio sive causa cum obligacione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium, presencium et futurorum et omnium dampnorum et expensarum litis et extra refectione ac eisdem Petro, Gallo, Benedicto, Dominico et Bertolussio vel eorum heredibus predictam pacem, pactum, finem remissionem, concordiam et omnia et singula in hoc instrumento contenta perpetuo firma, rata et grata habebunt, tenebunt et observabunt et non contravenient per se vel alios aliqua racione, dolo, ingenio, ingratitudine sive causa, de iure vel de facto sub pena decem marcharum denariorum novorum stipulacione ad invicem etc. et pena soluta vel non etc. Et ad signum vero pacis biberunt et tangerant manus insimul ibi et ad invicem.

13[?]6. 9 Giugno. Castello vecchio di Villalta. Patti della pace per l'omicidio di Giovanni di S. Vito di Fagagna.

Item die loco et testibus predictis ac presbitero Johanne de Utino in S. Margareta commorante. Cum Bertulus q. Vidussi de S. Vito de sub Faganea culparetur et culpabilis diceretur de morte olim Johannis q. Martini de S. Vito predicto timens Dei iudicium, intuitu Dei et beate virginis Marie eius matris, pro remedio anime sue et remissione peccatorum dicti q. Johannis, volens Dei misericordiam acquirere flexis genibus coram Petro, Benedicto Gallo, Dominico q. Nicolai omnibus de S. Vito predicto, proximos olim dicti Johannis, humiliter et instanter supplicavit ut eundem de morte q. Johannis excusatus habere vellent cum predictus gravem penitenciam et penam paratus erat portare et in bonis et persona ad eorum beneplacitum voluntatis quamvis de ipsa morte dicti q. Johannis insons et sine culpa fuisset. Qui quidem Petrus, Gallus, Benedictus, Dominicus et Bertolussius nec non Dominicus prelibatus pro propriis nominibus nomine et vice Pizole matris dicti q. Johannis et Odorlici q. Martini, pro quibus promiserunt de rati habicione videlicet de facturis omni exceptione remota quod Pizola mater olim dicti Johannis et Odorlici q. Martini de dicto S. Vito habebunt firmam et ratam supra scriptam pacem, concordiam et omnia et singula in hoc instrumento contenta et non contrafacient etc. obligantes etc. Et Petrus Benedictus, Gallus, Dominicus fratres et Bertolussius et Dominicus fratres videntes contritionem dicti Bertulli cum consilio d. Meynardi testis predicti et Johannis de Plasencia ibi presentis, pro se ipsis ac nomine et vice dicte

Pizule et Dorlice predictorum et omnes q. Johanni propinquos, consortes, amicos et heredes suos fecerunt dicto Bertulo perpetuam pacem, finem, quietationem, liberationem, absolutionem et pactum de ulterius non molestando vel inquietando ipsum Bertulum nec alicui dominio contra eum conquerendo vel faciendo conqueri de morte olim dicti Johannis etc. his pactis habitis et affirmatis inter Bertullum et Vignum, Morasium, Lidasium ex parte una et Petrum, Benedictum, Gallum, Dominicum, Bertolosium et Dominicum ex parte altera, quod predictus Bertolus pro remedio anime olim predicti Johannis omnibus suis expensis semel teneatur et debeat beatorum Petri et Pauli de Roma limina visitare usque ad festum S. Martini proxime futurum et dicto die pro anima ipsius olim Johannis dare et dispensare inter pauperes Christi in Clivitate Stario frumenti unum et dimidium et Staria fabe unum cum dimidio, ut decet, et facere celebrare quinque missas cum vigiliis pro anima olim Johannis, quarum quilibet presbiter habeat den. IV aquil. Item quod predictus Bertulus teneatur et debeat dare pro anima dicti q. Johannis in manibus Camerario Eclesie S. Viti unam marcham denar. aquilin., qui Camerarius teneatur et debeat emere tantam quantitatem redditus, quod in perpetuo in dicta Eclesia faciat anniversarium olim dicti Johannis cum uno sacerdote; qui sacerdos habeat in missa et vigiliis den. IV et in hoc infra annum et diem eam pecuniam dare dicto Camerario. Item quod predictus Bertulus usque ad quinque annos proxime secuturos et completos transire non debet infra vias infrascriptas per Villam S. Viti, scilicet de domo Tomasini inferius versus Solium usque ad Mlinum nec per viam Faganee, nec per viam Silvelle et hoc intelligatur de summitate Ville.

Item quod predictus Bertulus usque ad quinque annos completos proxime ire non debet in Eclesiis S. Viti predicti, excepto quod dictus Bertulus possit ire in Eclesiis Ville predicte in nativitate Domini, in resurrectione Domini, in circumcisione, in Epiphania Domini, in (die) sanctorum Viti et Modesti et in necessitate causa mortis alicuius sui propinqui. Item quod predictus Bertulus honorare debet predictis Petro, Gallo Benedicto,

Dominico, Pique et Bertoldo et Dominico in viis, in Ecclesiis, in tabernis et in alliis locis non agravaret, schivare eos, sine fraude. Item quod predictus Bertolus, Morassius, Vidussius, Viger Dominicus ac Bertolussius et omnes predicti et Petrus, Gallus et Benedictus et Dominicus ac Bertolussius et Dominicus non possint ferre armas per Villam S. Viti, nec cutellum, nec aliqua alia arma per Villam nec districtum ipsius Ville, excepto quod si aliquis ipsorum ivisset extra domum quod tunc ipsi possent ferri armas et statim post reversionem omnia arma deponent ad domum ipsorum et hoc usque ad quinque annos completos. Que omnia et singula sic promiserunt attendere, observare obligantes omnia eorum bona. Supradicti vero Petrus, Gallus, Benedictus, Dominicus, Bertolussius ac Dominicus ex parte una et Morassius, Vidussius, Viger et Bertolus in manibus d. Meynardi predicti corporaliter iuraverunt ad sancta Dei evangelia tactis scripturis perpetualiter habere, tenere et observare bonam, veram et puram pacem, concordiam, quam siquidem pacem, concordiam et bonam voluntatem promiserunt ac iuraverunt in manibus predicti d. Meynardi habere firmam etc. et non contradicere etc. cum obligatione etc. et sub pena decem marcharum denar. aquil. monete stempni stipulacione ad invicem etc. Et in signum vere pacis omnes predicti biberunt et tangerunt manus in simul et ad invicem.

85 1356. 15 Settembre. Fagagna. Sentenza dei Giurati di assoluzione d'alcuni di S. Vito di Fagagna che avevano ammazzato Lazzaro di detta Villa.

A. D. MCCCLVI. ind. IX. die XV mensis Setembris. In domo Comunis Faganee, presentibus dominis Iohanne de Brayda, Federico q. d. Henrici, Guidalo q. d. Rodulfi de Bruya, Nattiussio q. d. Nicolussi, Odorlico Bregne, Comucio eius filio, Comucio de Faganea et Paulussio filio Tomasini de S. Vito et Francisco precone q. Nicolai de Faganea testibus et aliis pluribus.

Coram d. Iacobo q. d. Iohannis de Faganea Gastaldione Faganee in iudicio sedente una cum suis Iuratis Citamo et Iohanne Olvradi Iuratis Faganee, comparuerunt Benedictus, Petrus, Gallus et Dominicus fratres et filii q. Venerii de S. Vito et Bertolottus et Dominicus q. Nicolai Nicolussi de S. Vito, dicentes et allegantes quod eis assignate fuerunt tres termini racionabiliter et quartas de gracia speciali, quorum quilibet ultra XV diem et proclamati fuerunt alta voce preconis Faganee in domo Comunis ut more solito, si aliqua persona, affines, mater et fratres vel propinqui vel alii affines si volunt opponere vel dicere contra eos, quod ipsi sunt parati obedire et stare in iure de morte olim Lazari q. Dominici de S. Vito, quod ipsi sunt parati obedire iuri et dominio   et in dictis terminis nec hodie aliquis non comparuit nec aliquid dixerit contra eos, domine Gastaldio petatis a vestris Iuratis quid inde iuris sit. Sentenciatum extitit per Iuratos, quod predicti facere debeant fidem de terminis ut superius dictum est per Franciscum preconem Faganee fecit relacionem prout sentenciatum extitit, quod ipsi bene probaverunt terminos; iterum supplicaverunt ipsi domine Gastaldio, petatis a vestris Iuratis, quid inde iuris sit, si ipsi esse debent penitus liberati de dicta infamia mortis ipsius Lazari et penitus sine culpa. Qui predictus d. Gastaldius peciit a suis Iuratis quid inde iuris sit. Sentenciatum extitit quod ipsi in perpetuo esse debent sine culpa et liberati de dicta infamia ex rigore sentencie (et) predictus Gastaldius eisdem facit finem remissionem pro se suisque successoribus in perpetuo etc.

86 1356. 15 Settembre. Fagagna. Sentenza de' giurati di assoluzione di Bertulo di S. Vito che aveva ammazzato giovanni q. Martino di S. Vito.

Item die, loco et testibus predictis et mei Notario subscripto. Coram dicto d. Jacobo Gastaldione Faganee in iudicio sedente una cum suis Juratis scilicet Cesano et Johanne Olvradi comparuit Bertulus q. Vidussi de S. Vito dicens quod sibi assignati fuerunt tres termini et quantum et quartum de gracia, quorum quilibet ultra x v dies, quod ipse est paratus stare et obedire iuri et dominio scilicet facere . . . . de morte olim Johannis q. Martini de S. Vito . . . . . .

Manca il rimanente, ma una nota del Notajo a piè di pagina ci indica che eseguite le formalità solite come nell'antecedente Atto processuale, il nominato Bertulo fu assolto per le stesse ragioni de' suoi compaesani di S. Vito che avevano ammazzato il loro convillico Lazzaro. La nota dice: Per sentenciam liberatus fuit de dicta infamia.

87 1356. 15 Settembre. Nel castello di Fagagna. Il cameraro della chiesa di S. Vito riceve da Gallo di detto luogo una marca di denari per la sentenza della pace della morte di Lazzaro di S. Vito.

Item die predicto, in Castro Faganee prope domum Ulvini, presentibus Conrado de Brazacho et Odorlico q. Nicolai de Faganea et aliis.

Paulus filius Tomasini de S. Vito camerarius Eclesie S. Viti fuit confessus se habuisse a Gallo filio Venerii recipiens vice et nomine Eclesie antedicte unam marcham denariorum ex vigore unius sentencie pacis de morte olim Lazari de S. Vito.

Protocolli Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. di Udine.

88 1356. 26 Decembre. Fagagna. Il Cameraro della chiesa di S. Vito riceve da Bno e detto di detto luogo una marca di denari per limosina per la pace della morte di Lazzaro di S. Vito

A. D. MCCCLVIII. ind. x. die VI exeunte Decembri, in Cortina S. Sancti de Faganea, presentibus Tomasino q. Copini de S. Vito, Stephano de Noyaretto et aliis.

Paulussius filius dicti Tomasini Camerarius Eclesie S. Viti fuit confessus quod Benedictus filius Venerii fecit elimosinam de missis ex vigore sentencie pacis de morte olim Lazari de S. Vito.

BIBLIOTECA
MARCELLIANA

403

89

IV

1356 – 12 Settembre – Udine

89

Questioni tra il Gastaldo ~~e Speditori~~ e i Ministeriali di S. Daniele rifiutantisi questi di prestarsi a prendere e custodire i rei. ~~[illegible]~~

Anno MCCCLVI ind. IX, die XII. Septembris. presentibus nobilibus viris D. Francisco de Sauorgnano milite et Zanutto de S. Daniele ac Bonassio q.m Stephani de villa Brezii de Utino testibus et aliis.

